
NAZIONALE
VITT. EMANUELE
12
14 L
22

Marci Gatinarie de curis egritudinū particularium noni Almansoris Practica vberrima.

Blasii, Astarij. de curis Febrium libellus vtilis.

Cesaris Landulphi de curis earundem opusculum.

Sebastiani Aquilani Tractatus de morbo Gallico celeberrimus.

Eiusdem questio de febre sanguinis.

Cum gratia & priuilegio.











¶ Marci Gatinarie tēpestate nostra Do
ctoris integerrimi. Mediciq̄ probatissi
mi ⁊ publice in Ticinēsi achadēia omni
studio ac diligentia Tullij velutieloquē
tia q̄ preclare Nonum Almansoris ex
ponentis curandi morbos eiusdē opus
domino fauentefeliciter incipit.

Cura sode sanguinee ex
dictis Rasis ⁊ Aui. sex
principalib⁹ perficiē in
tentionibus. Quarum
prima ē debita regiminis
administratio. Secūda
abscissio cause cum flo
botomia quam laudauit Rasis cum di
xit cephalica. Tertia capitis confor
tatio ne recipiat san. ad ipsum Auic. Am.
Quarta sangui. rectificatio. Quinta re
solutio residui remanentis post euacua
tiones: ⁊ hoc insinuauit Rasis quando
dixit vt administrenē semina altee. Sex
ta intētio ⁊ vltima est remotio male qua
litatis derelicte.

¶ Prima intentio completur in debita
administratione sex rerum non natura
lium Incipiendo ergo ad aere debet aer
eligi ad frigidum declinans maxime tē
pore estatis. Debet ergo eger situari in
camera frigida: ⁊ prohibeatur ingressus
radiorum solariū in dicta camera ⁊ alia
quecunq̄ habent aerem calefacere etiam
frequentia hominum. Et vbi aer non re
periretur naturaliter: artificialiter fiat
irrotando cameram cum aqua frigi. ro.
⁊ viola. sternendo etiam ramos arboruz
⁊ herbarum infrigidantium: ⁊ vtiliter in
geniari vt aer infrigidetur. In cibo au
tem et potu debet vitare vinum ⁊ bibere
aquam coctam cum ordeo: ⁊ vbi nō pos
sit vinum dimittere bibat tale quod sit
debile ⁊ clarum ⁊ sit bene limphatum.
Vtatur etiam cibariis fri. vt herbis frix.
puta endiuia curcubita: alterentur etiaz
cibaria cum frig. vt succo vue acerbe arā
ciorum limonum aceto. ⁊c. ⁊ dimittant
aromata calida. Quiescat etiam ⁊ non
moueatur fortibus motibus nec etiā ni
mium vigilet sed dormiat. dimittat etiā
reliqua q̄ habēt calefacere ex sex reb⁹ nō
naturalibus. dimittat coitum licet super
fluus infrigidet. caueat ab ira ⁊ furore ⁊
reliquis calefacere potentibus. letetur.
⁊c. Et hec de regimine sufficiant.

¶ Secunda intentio completur cū flobo
tomia si fuerit nimia plenitudo a basili
ca vel nigra lateris contrarij. vbi non tā
ta lateris eiusdem vel a cephalica oppo
sita vel eiusdem lateris secundum tuum
iudicium respectu habito ad plenitudi
nem. ⁊ de huiusmodi ordine vide Auicē.
prima ter̃ij capitulo aureo. Cum mate
riam euacuare volumus ⁊c. non preter
mittendo canon. positos quarta primi.
capitulo de flobotomia materie cano. de
lenitione ven. precedente flobotomia.

¶ Tertia intentio completur confortan
do caput cum stipticis infrigi. ⁊ constrin
gentibus ne membra capitis recipiant
sangui. fluentem. Pro qua intentione
laudatur oleum rosa. ⁊ acetum conquas
sata ⁊ applicata in forma embroce vel
ephitimatis intingēdo pannum lineum
in dicto oleo vel aceto ⁊ applicando ca
piti. quod sex capite calido calefiat re
nouecatur. competit etiam aqua rosa. si
mul cum aceto ⁊ oleo. ⁊ debent ista ap
plicari cum sua actuali frigiditate ⁊ vbi
oportet etiam debent infrigidari. De p
portione vero olei aceti ⁊ aque ad inuicē
dubitat Genti. communis tamen dosis
est vt sit duplum olei: aque: subduplū
vero aceti verbigratia. Re. olei. ro. aque
ro. ana. ℥. iij. aceti. ℥. j ß. misce. Uel. Re.
olei rosa. ℥. j. aque rosa. ℥. iij. aceti. ℥. ij. se
cundum q̄ vis maiorem vel minorem pe
netrationem. Ad idem conueniunt aque
plantagi. semperuiue lactuce solatri ⁊c
vel eorum succi. Sed in administratione
talium epithimatum vel embrocationū
sunt aliqui canones obseruandi. Primus
q̄ debent radi capilli ne prohibeāt ope
rationem medicinarum. Secundus q̄
talia ponantur in anteriori parte capi
tis quia est rarior posteriori: ⁊ ex conse

quenti facilius penetrant medicamina. ¶ Tertius φ caput debet circundari coto vel lana vel panno lineo circundirca ad modum corone: ne liquores decurrant p faciem infirmi ex quo infirmus fastidiat

¶ Notandum φ sunt aliqui casus in qbus administratio istorum repercussiuorum non est tuta regulariter operando. In feb. enim non competunt iuxta can. Aui. qui dicit φ fodaz cal. multiplicant vsus epithimatum rc. r hoc vapores retinendo: tamen aliquādo coacte hoc nō obstante faceremus vbi dolor esset vehemens psternens virtutem. Secundus casus est vbi materia sit totaliter fluxa: qr compingunt r constipant materiā. Tertius vbi a capite descenderet reumatismus cal. qr talia constringendo exprimūt materias r sunt causa maioris fluxus

¶ Quarta intentio cōplet primo aliquādo solutionem. Sed dubitaret aliquis cum non peccet nisi san. qui nō educitur solutiōne quare ergo administrat in hac intentione ven. solo. Dicendum φ stante sang. abundantia inflammatur sang. r huiusmodi subtile conuertitur in coleram r spissum in melancoliam etiam inflammatur colera naturalis existens in corpore r merito istius debet dari colere solutiuum. et ad hanc intentionem administrabat R. sis mirabolanos citri. nam ipsi euacuant coleram r sunt fri. r stiti. administrat etiam pruna r tamarindos sic ordinando. Re. prunorum r tamarindorum ana. ℥. ß. decoquantur in sufficienti quantitate aque cui addatur mirabo. citri. s. p. ʒ. ß. r hoc dando mirabola. in substantia. in infusio. do mirabo. ʒ. ij. vel iij. ß.

¶ Nota tamen φ regulariter operando prius oz precedere digestio vt quarta primi de regulis cōmunibus solu. ven. r vomitui r prima quarti capitulo de cura pu. in generali. r [illegible] prima affori. digestiua medicari rc. Et licet Rasis non explicauerit nihilominus fieri debet: ipse enim vt breuiloquus pretermisit notum ex libris principiorum. Et vsualia digestiua quibus practici communiter vtuntur sunt sirupus aceto. s. vio. de endi. ro. de succo aceto. de agresta Si fortius volumus est sirupus de granatis. Si fortius de limonibus. adhuc fortius de acetositate citri. Quod si non sit multa caliditas detur sirupus aceto. s. cū siru. de endi. cum aquis proportionalibus habentibus virtutem colere digestiuā vt aqua endiuie. lactuce. acetosis. planta. cico. lupulorum. buglo. etiam aqua conuenit licet non sit fri. sed temperata ad cor confortandum.

¶ Nota pro omnibus siru. digestiuis φ apud communiter practicantes communis dosis siru. est. ℥. j. ß. r aque communis dosis debet esse dupla ad siru. puta. ℥. iij. est ergo totum aggregatum. ℥. iiij. ß licet possit dari plus r minus: imme potest dari vsq ad. ℥. vj. puta. ℥. ij. siru. r. ℥. iiij. aquarum vt in iuuene fortis complexionis vbi peccet multa materia. Componeremus ergo in proposito sirupuz digestiuum sic. Re. sirup. aceto. s. ℥. ß. siru. de endi. ℥. ß. aquarum aceto. endi. r bug. ana ℥. ß. misce pro siru. In principio ergo febris de sanguinee dabo sirupos infrigidantes r stipticantes simul verbigratia sirupum acetosum ros. de succo aceto. de granatis quia habent virtutem stip. r infri. ingrossant eniz hec san. r immobilitant r ideo competunt a principio. Ubi vero materia sit fluxa dabo sirupuz acetosum de endi. qr non habet multā stipticitatē.

¶ Nota etiam quod communiter datur sirupus. per quattuor vel quinque dies secundum resistentiam materie sue digestioni. Nota etiam φ sirupus acetosus non est tante stipticitatis sicut sirupus de succo acetose: quia in acetoso miscetur multa quantitas aque que nō miscetur in illo de succo acetose que etiam de se est herba multum stiptica. Digesta materia eam euacuamus cuz euacuatiuis appropriatis colere. Et vsualia sūt electuarium rosa. Des. electuarium de succo rosato Nicolai. diaprunis solutiuum etiam Nicolai. r hec tenent cōfecta r in qbusdā locis tēnet confectuz ele

ctuarium de psillio scilicet ianue. ¶ Medicine in forma solida pillulari sunt vsualia ista scilicet pillule auree τ aggregatiue. Dosis electuariorum ē a.ʒ.iij. vsque ad iiij. τ raro pertransitur hec dosis nisi in corporibus expertis τ maxime robustis vbi iam compertū est φ ab hac dosi nō soluitur in quibus aliquādo audemus vsque ad.ʒ.ſ. ascēdere: vt ego qui dedi viro magnifici Petri comitis bondini cui dedi.ʒ.ix. τ parum operabātur. etiam in hospitali in aliquibus rusticis maxime de valle tellina quia sunt robustissime complexionis. Dosis vero pillularū est a.ʒ.ſ. vsque ad.ʒ.iiij. faciendo pillulas ꝙn φ. Et hec digestiua τ solutiua sunt vsualia τ per hec cōpletur hec intētio que est rectificatio san. q2 sanguine subtili existente proportionabilr colerā purgam⁹. ¶ Quinta intentio que est resolutio residui remanentis quod non potuit eradicari sic cōpletur administrando aliqua res solutiua calefacientia. Et in hac intentione valēt primo semine altee ꝙ parum declinant ad caliditatē decoquendo in sufficienti quantitate aque: postea applicando more emplastri capiti addēdo flores camomille mellilоti τ fenugreci: vnguendo etiā caput cū oleo camomilino. ¶ Sexta τ vltima intentio que est remotio male cōplexionis remanētis completur cum infrigidantibus cum sit cali. Ad hanc intentionē laudatur mucilago psillij quod in exteriori parte est intense frigiditatis: in interiori ꝟo est calidissimū vesificatiuum τ cauterizatiuum: τ ideo mucilago debet fieri ex semine psilij integri non excorticati. τ hoc est satis vulgare remedium τ notū. debet ergo hec mucilago capiti applicari. τ ad idem valet aqua ro. τ acetum aqua plan. solatri ace tose infundendo pannos in huiusmodi aquis. valerent etiam succi ponendo supra caput. conuenit etiam optime inunctio cū oleo ro. τ reliqua huiusmodi. Et cum his sex intentionibus completur cura sode sanguinee quare τc.

¶ Cura sode colerice.



In hac etiam cura sex colliguntur intentiones. prima debitum regimen. secūda digestio. tertia euacuatio. quarta repercussio. quinta diuersio maxime humore fluente ad caput. sexta remotio male complexionis calide τ sicce derelicte in capite.

¶ Prima intentio completur per infri. τ humectantia. τ in hac non est sermo prolongandus quia iam satis patet ex cura predicta: hoc vno addito φ in hac debēt remedia infri. esse fortia cū colera sit calidior sang. debent etiam esse humida cum colera sit sicca. sang. vero humidus.

¶ Secunda intentio que est digestio perficitur per digerētia de quibus habitus est sermo capitulo predicto in qua intentione.§. digestionis. est aduertendum an humor digerendus sit in fluxu: quia tūc simul digerendo debet fieri stipticatio vt prohibeatur fluxus cū aquis τ sirupis ad hoc valentibus vt aqua acetosa rosa. τc.

¶ Nota φ vt habetur ex canonibus generalibus hec intētio digestionis est ponenda in actu practico dummodo nō sit materia furiosa nec dolor intensissimus merito cuius dubitetur de prostratione virtutis nec materia incipiat facere apostema: quia vbi hec fierent τ essent non esset prolongandū in digestione: sed esset cito succurrendū materie euacuatione.

¶ Tertia intētio ꝙ est eūac cōplet p solutiua. Usualia τ domestica solutiua in materia colerica sunt hec. Primo. ℞. mirabo. citri.ʒ.ſ. infundant in decoctiōe quā nominabimus: deinde fcā infusi. sufficienti tpe fiat eorū expressio cui addatur zuc. paruz ne sit gustui horribilis. τ hoc vbi non adesset feb.

¶ Decoctio. ℞. tamarindorū.ʒ.ſ. fiat decoctio in sufficienti quantitate aque. tamarindi sunt dactili indi. tamar idez est φ dactilus. vsuale etiam est reubarba. vel in substantia vel in infusio. In substantia dosis est a.ʒ.ſ. vsque ad.ʒ.ſ. in infusio. vsque ad.ʒ.iiij. In substātia. ℞. reubar. electi.s.p.ʒ.ſ. dissoluatur in aqua endi. q.s. cui addatur.ʒ.ſ. siru. violati τ

fiat potio. In infusio. sicut sumitur ex Mes. capitulo de reubar. sic preparatur Re. reubar. electi minutim incisi. ʒ. iij. infundantur in aqua endi. q. s. cui addatur spice parum et vini albi odoriferi parum dimittatur in infusio. per ho. x. postea fortis fiat expressio cui addatur dia. prunorum non s. ʒ. ij. misce et fiat potio. posses etiam admiscere de aliquo alio electuario solutiuo minuendo tamen dosim reubarbari.

¶ Solutiua vsualia in forma pillulari sunt sicut pillule aureę: pillule aggregatiue soluunt enim coleram licet aggregatiue educant etiam humorem flegmaticum grossum vt colligitur ex Mesue in antidotario.

¶ Nota etiam ex can. generalibus quod vbi colera etiam sanguini mixta competeret flobotomea. et ante farmaci exhibitionem. et hoc voluit Auicenna in isto capitulo cum dixit. Incipe a flobotomia. nec debet esse copiosa sicut in sanguinea.

¶ Quarta intentio completur per ea que repercutiunt et a principio debet poni in opere quando materia est in fluxu. Et hic recordare can. supra positorum in cura sode sanguinee. et vsuale remedium est positum hic a Rasi scilicet aqua rosata. et acetum conquassata simul et oleum rosatum.

¶ Quinta intentio completur per ea que diuertunt vt parua floboto. oppositi lateris fricationes extremitatum et balnea et laudat. Auicen. de mente Archigeni appositionem ventosarum super spatulas. et hoc in omni materia cum scarificatione loci illius ponendo sal et oleum post scarificationem ne consolidetur sed aperta maneat.

¶ Sexta intentio et vltima completur per remouentia malam complexionem qualia sunt alterantia vt embrocę fri. et odorata frigi. que magis placent Sera. quam localia quoniam localia prohibent exitum vaporum ex cerebro et capite toto. Et vsuale est aqua cum aceto embrocata et odorata: etiam aqua rosata. trahendo per nares.

¶ Nota tamen quod quandoque ista omnia non sufficiunt: et tunc coacti ex vehementia doloris oportet nos venire ad narcotica: tamen vsus istorum est maxime suspectus: et non debet ad ea audere nisi cum cautela et in casu desperationis maxime in passionibus istis cerebralibus propter duas causas. Prima membri principalis cuius influxus est necessarius super toto. Secunda quia cerebrum fri. est complexionis. Et narcotica sunt huiusmodi et ideo Auicen. in cura fluxus absolute facit nos cautos dicens. Uidimus qui supposuit sibi collirium ex opio et mortuus est.

¶ Nota etiam ne sis audax in administratione narcoticorum. vidi enim in quadam nobili muliere que cum stetisset per plures dies quod non dormierat medici decreuerunt vt sibi supponeretur collirium quoddam longum opiatum quod fit cum filo comuni appenso vt extrahi possit ad libitum: que cum supposuisset statim cepit dormire: medici autem preceperunt ancillis vt cum incepisset dormire extraherent illud collirium: que omittentes ipsum et non extrahentes taliter profundata est in somno quod nunquam euigilata est immo perpetuo dormit quare etc.

¶ Cura sode flegmatice.



In hac cura colliguntur quinque intentiones quarum prima est debita regiminis administratio. secunda digestio tertia euacuatio. quarta diuersio. quinta resolutio residui remanentis et cerebri confortatio.

¶ Prima intentio completur per administrationem sex rerum non naturalium. calefa. et exiccantium cum materia flegmatica sit fri. et humida. Eligendus est ergo aer cal. et sic. et si sit tps hiemale eligatur camera cal. et accendatur ignis in ea qui per ipsum exiccantur vapores hu. fiat et

suffumigatio in ipsa camera ex cal. puta thure cinnamomo gario. ⁊c. In cibo etiã ⁊ potu eligantur cibaria cal. alterando ea cum pipere cinnamo. zinzibere gario fi. ⁊ reliquis huiusmodi. dimittantur fri. acetosa vt arancij limones acetum agresta ⁊c. In potu bibat vinuz maxime post euacuationem de quo dubium est apud Gen. Utatur forti exercitio ⁊ forti exiccatione potenti etiam calore vigilijs ieiunio ⁊ reliquis calefacere potentibus et exiccare.

¶ Secũda intentio que est digestio quã licet Rasis dimiserit vt breuiloquus tamen presupponit complere per ea que incidunt ⁊ subtiliant cum humor flegmaticus peccet in viscositate ⁊ grossitie. Et vsualia digestiua flegmatis sunt sicut mel rosa. oximel. s. compositũ ⁊ squilliticum quod est forte incisiuum quo vtimur vbi materia est multum viscosa. Fortiora istis sunt siru. de duobus ⁊ de quinq radi. ⁊ sirup. de sticados.

¶ Nota quod in administratione istorum digestiuorum debemus semper incipere a debiliori tendendo ad fortiora. ⁊ hic cãn. debet esse vniuersalis in omni opere medici. fortia enim subtiliatiua a principio nocerent magis materiam extendendo quam iuuarent digerendo. debemus ergo in huiusmodi digestione incipere a melle rosa. vel oximelle simp. vt. ℞. mellis rosati colati. ℥. ʃ. oximellis simp. ℥. ʃ. cum. ℥. iij. aquarum capitalium que sunt aqua maiorane saluie betonice ysopi ⁊c. dicemus ergo aquarum betonice saluie ⁊ buglo. ad cor confortandum añ. ℥. ʃ. misce ⁊ continuare siru. istos. v. vel. vj. diebus quoniam flegma est difficilis digestionis. Facta itaque aliquali digestione cum leuibus huiusmodi fiat aliqualis materie minoratio: deinde iterum digeramus: ⁊ tunc vti poterimus fortioribus. dabimus ergo siru. de duobus radi. vel de quinque cum oximelle composito ⁊ si fortius cum oximel. squillitico cũ siru. de sticados. verbigratia.

¶ Recipe siru. de duobus radi. ℥. ʃ. oximellis compositi. ℥. ʃ. aquarum betonice saluie ⁊ ysopi. añ. ℥. ʃ. misce. fortius. ℞. siru. de sticados oximellis squillitici añ. ʒ. vj. aquarũ saluie ⁊ ysopi añ. ℥. j ʃ. misce

¶ Tertia intentio que est euacuatio duplex est. quedam eradicatiua, ⁊ quedam minoratiua: quia materia flegmatica est difficilis euacuationis debemus a principio minuere postea eradicare. Usualia quibus practici cõmuniter vtuntur sunt vel in forma pillularum vel electuarij. Pillule sunt duplices. quedam facilis solutionis sine custodia: quedam difficilis euacuationis ⁊ cum custodia.

¶ Sine custodia sunt pillule de hiera sim. vel de hiera magna. elefãgine assaieret quas ponit Auic. in capitulo illo. Cum materiam euacuare volumus ⁊c. pillule masticine et alio nomine pillule Marliani dicuntur Papie ⁊ Mediolani quia ipse fuit qui posuit eas in vsu. et iste pillule sine custodia possunt dari ãte materiei digestionem: ⁊ communiter dantur in itroitu lecti. Et ex istis posset quis istis indigens accipere omni hebdomada vt in cal. dolore capitis in paratis labi in egritudines cerebrales materiales ⁊ dantur communiter ex ipsis. ℈. ij. vel ℈. ʃ. ʃ. agaricus etiaz tro. potest inter has pillulas numerari miscendo cum predictis pillulis verbigratia. Recipe pillularum mastici. agari. tro. añ. ℈. ʃ. fiant pillule tres.

¶ Cum custodia vero sunt pillule cochie Rasis de agari. fetide Mes. ⁊ possumus ipsas dare cum agari. troci. dosis istarum fortium est vsque ad. ℈. iiij. ⁊ hanc nõ pertranseunt communiter operantes. datur enim. ʒ. ʃ. vel. ʃ. vel. ℈. ij. cum per se dantur.

¶ Nota quod iste pillule cochie Rasis ⁊ alie similes vt fetide non debent a principio administrari sed in primis debemus vti leuibus vt sine custodia: licet Rasis dicat in principio intelligitur enim in principio eradicatiue euacuationis non minoratiue que vt visum est primo debet fieri. dosis etiam posita Rasis nõ est

cōueniens. sunt enī ʒ.ʒ.ij.ß. ꝛ adhuc plus
nostra eni metas non tantā tollerat do
sim fortis solutiui quales sunt de pillule
¶ Solutiua in forma electuariorū vsua
lia sunt diafenicon Mes. que alio nomi
ne confectio de dactilis nominatur elec
tuarium indum: licet diafenicon ma
gis competat in materia grossa mixta
ex flegmate ꝛ colera: indum vero solum
in flegmatica. Dosis electuariorum est
vsq; ad.ʒ.ß. licet in cumanis regionibus
vsq; ad.ʒ.j. ꝛ hoc ex regionum diuersita
te. ¶ Nota ꝙ quandoq; practici consue
uerūt dare pillulas cuȝ electuarijs in po
tione: verbigratia. ℞. pillularū cochia
rum.ʒ.ij. electuarij indi.ʒ.ij. misce. ꝛ cum
d. capitali. q.s. fiat potio. Decoctio capi
talis. Recipe saluie maiorane beto. stica
dos isopi foliorum lauri añ. M.j. fiat de
coctio in sufficienti quātitate aque. verum
tamen pillularum administratio in for
ma solida magis laudatur ab Auicen.
capitulo illo. Cum materiam ꝛc. qꝛ cum
materia debet trahi a longinquo eo ꝙ
non potest fieri in breui tempore: conue
nientius est administrare pillulas que
longam trahant moram in stomacho quā
potionem que cito labitur vt patet.
¶ Nota etiam ꝙ qꝛ hec intentio euacua
tionis non pōt per euacuationes factas
ex solutiuis ꝛ si plures fiant reiteratio
nes complete perfici quin semper rema
neāt alique reliquie materiei: iddirco ne
cessarie sunt aliq̄ue alie particulares eua
cuatiōes que in capite varie esse possunt
vt sternutatoria caputpurgia gargari
smata masticatoria. Iste tamen pticula
res euacuationes sequi debent ꝛ nō pre
cedere vlēs qꝛ existente repletione noce
rent cum huiusmodi sint calefactiua: tra
herent enim magis quā euacuarent: ꝛ sic
agitādo ꝛ dilatādo humorem valde no
cerent. Usualia sternutatoria sunt vt pri
mo modo fiat cum aliqua re pungēte in
naso ꝛ etiā piper. fortius autē est condi
si qd apud nos non habet: loco eius vti
mur eleboro albo. Caputpurgia vsualia
primo domesticum ꝛ leue est aqua maio
rane deinde succus foliorum sicle facta
residētia ꝛ succus radicis eius: fortiora
autē succus arthanite. Masticatorium
vsuale est vt masticetur mastix ꝛ retinea
tur in ore. Gargarismata possunt fieri ex
solutiuis distemperando aliquod solu
tiuum in aliquo liquore vt siru. vel aqua
etiam siru. ipsi cum habeant vim soluti
ui. ꝛ decoctiones disponendo sm debi
tum estimatiuum iudicium. ¶ Nota ta
mē ꝙ gargarismata ꝛ masticatoria sunt
verenda in paratis catarro plurimum ꝛ
ad egritudines pectorales vt habetur ab
Aui. c. illo. Cum materiam euacuare vo
lumus ꝛc.

¶ Quarta intētio est diuersio que a prin
cipio maxime ponitur in actu practico
cum humores ab alijs membris fluant
ad caput. ꝛ hec intentio completur per
ea que trahunt deorsum vt clisteria sup
positoria fricationes spatularum ꝛ ex
tremitatum: ꝛ retentio extremitatum in
aqua calida maxime in qua decocte sūt
res capitales que dicte sunt. Clisteria de
bent esse aliquantulum acria vt possint
trahere materiam flegmaticam ꝛ est cō
ueniens tale. Recipe decoctionis capita
lis.ʒ.x. vel lib.j. hierepigre Gal.ʒ.ß. cas
sie fistule.ʒ.ß. zuchari rubei.ʒ.ß. olei ca
momille.ʒ.iij. misce. pro clisteri: ꝛ quia
ista non sunt multum solutiua potest po
ni salis communis.ʒ.ij. ad stimulandū.
Decoctio capitalis supra iam descripta
est. clisteria acuta ꝛ fortia habetis in .c.
de apoplesia epilensia ꝛ subeth. Suppo
storia etiam fiant. Leue autem ꝛ vsuale
fit ex sale communi cuȝ melle plm inspis
sato. Si fortiora velis ponantur soluti
ua ista habebis vt videbis. Competunt
etiam in hac intentione ventose posite su
per spatulas de quibus dicit Auicenna
de mente Arthesagri ꝙ conueniunt in
omni materia.

¶ Quinta ꝛ vltima intentio completur
per ea que resoluunt reliquias materie
rum que remanserunt ꝛ cerebrum con
fortant. ꝛ ista vel sunt interius applica
ta vel exterius. De interius applicatis
vsualia que tenentur confecta sunt sicut
diamuscum dul. ꝛ amarum. Dosis est.
ʒ.ij. ꝛ est Mes. Et ad idem valet plirisar
coticon Nicolai dosis est eadem que su
pra. Et in hac intentione laudat Aui
cenna. vt semel in hebdomoda admini

stref tiriace vel metridati.3.s.r est in vsu r debet dari in aurora per septem horas añ cibum vt Cõciliator tractatu de venenis. Sed superius administrata pñt dari per horas duas ante prandium. Cõuenit etiã confectio diacori r acorus cõditus r est satis forte r vz a proprietate r põt dari duz ista sumuntur in potu aliqua ex aquis capitalibus.s. saluia maiorana sticados betonica rc. De exteri⁹ applicatis sunt vt inunctiões vel embroce vel empla vel alia localia vt odoramẽta sacculi r reliqua inungimus cum oleis vt Rasis cum oleo sambucino qđ non est in vsu.sed loco eius vtimur oleo anetino r camomillino etiã Rasis p fortiori posuit oleum de been qđ nõ est in vsu:sz loco eius vtimur oleo de costo de lilio de spica de ruta. Laudat etiã Rasis euforbium r castoreum sed ad ista non audemus quia fortiora sunt r supra membrũ principale nõ est apponendum aliquid de quo sit ambigendum vt quarta primi De odoramentis laudat Rasis algaliã r est confectio aromatica qua tñ non vtimur:sed loco eius vtimur aliis aromaticis calefacientibus. Et practici cõiter vtuntur pomo sic ordinato. Rc. maiorane sticados gario.cinamomi rc.añ.ptes equales cũ cera fiat pomum: põt etiã addi aliquid de musco. Si vis epithimata r embrocas accipe saluiã maioranã sticados folia lauri cinamomi gario. r fac bullire in lixiuio r cũ actuali caliditate embroca caput vel epithima vel fomenta. sacculi etiam ex rebus capitalibus ex iam dictis faciẽdo pulueres r ponendo in sacculo facto ex sindone carmesino et capiti apponere.

¶ Nota tamen q horã administratiõis horum omniũ debet esse stomacho vacuo ne ex calefactione fiat tractus vaporum etiam fumorum caput replentium.

¶ Nota etiã q intentio hec vltima fuit aggregata ex resolutione r cerebri cõfortatione qđ habet veritatem in hoc casu quia materia est frigida r ex pñti egritudo frigida. vñ ea que resoluunt cum sint cali. hñt etiam confortare corrumpendo malam complexionem fri. quod non potuit fieri in colerica vt patet manifeste intelligenti quare rc.

¶ Finis cure Sode flegmatice.

¶ Cura sode per communitatem.



In hac cura sunt due principales intentiones. prima est ad membrum mandans. secunda ad mẽbrum recipiens scilicet caput.

¶ Prima intentio completur ẽm diuersam dispositionem r egritudinem membri cõicantis de quibus habebitur in sequentibus. r quia ex cõmunicantibus maxime est stomachus: ideo de eo exemplificauit Rasis. r hoc in dispositione qua stomachus est vacuus quia.s.tempore famis: potest enim ad stomachum fluere colera que effumans ad caput facit sodam: ideo Rasis succurrit cum cibo r alterantibus fri.stip. que omnia sunt vsualia vt panis infusus in vino granatorũ vel agresta.

¶ Secunda intentio completur p duas particulares intentiones. Prima anteq̃ cerebrum receperit multum confortãdo cuz stip. ne recipiat. Scđa vertitur ad nocumentum impressum vt si sit mala complo fri. altereẽ cum cal. iam dictis. si. cal. cum fri. quare rc.

¶ Cura sode ex nimia mora in sole.



In hac cura sunt tres intentiones.

¶ Prima remotio cause pro hibendo ipsum sub radiis solis morari.

¶ Secunda est regiminis rectificatio q̃ habitet locum frigi. r prohibeaẽ ab appropinquatione ad ignem.

¶ Tertia vertitur ad malam complexionem cal. impressam ipsam remouendo cũ infrigidantibus supra nominatis in cura sode colerice administrando de aqua rosata oleo r aceto r caput liniendo qua re rc.

¶ Cura scotomie & vertiginis.



Uo queramus in hac cura vdelz an egritudo actu infe
stet sic q corp' sit actu egruz & isti debetur curatio. vel ta
le corpus non est actu vertiginosum sed aptum faciliter in vertiginē labi & dicitur neutrum decidentie & isti debetur preseruatio. In regimine curatiuo sicut dicit Rasis primo continentis. debetprimo inuestigari causa qua cognita cura est abscisio eius cum ista sit cura morbi dependentis vt habetur a Gal. tertio tegni vbi dicit. Oportet vnamquam q causam abscindere prius. Debemus enim considerare si causa sit ab extrinseco occurrens vt fortis motus: circungirationis intuitio: rerum impetuose giratarū: ebrietas & reliqua huiusmodi. Si causa sit nimius motus quiescat. Si intuitio rerum motarum desinat aspicere Si crapula & ebrietas cura ē vt euomat vel clisterizet vt stomachus mundificetur fiant etiā fricationes & alia que diuertāt a capite. Si causa sit intrinseca vt nimi' motus spirituum debet quiescere & stare in loco obscuro & nō in lucido: quia lux agitat & commouet spirit'. Et in hac cura etiam competunt quecunq infrigidātia habentia immobilitare spiritus vt sunt sirupi & aque infrigi. Sirupi sunt vt ro. de granatis de ribes de cito. etiam zucharum rosatum vt dando eius. ℥.ß. cum aqua rosata: lactuce plan. &c. In regimine preseruatiue debemus attendere ad abscisionem cause si causa est sanguinea cum flobotomia & hoc diuersimode secundum diuersitatem capitis & cordis vt habetur ex cura sode san. Si causa sit flegmatica vel alius humor p purgationem illius humoris cum euacuatiuis propriis curatur vt habetur capitulis de soda. licet Rasis soluz posuerit curam san. & flegmatice tanquam sepius contingentis: quia hi humores magis in caliditate abundant. Alia intentio in hac cura est repcussio & est fienda a principio dum humores sunt in fluxu deinde intendamus ad spiritus quietationē postea ad confortationem cerebri & male cōplexionis remotionem cum rebus supra nominatis sm complexionis varietatē: quare &c.

¶ Cura frenesis.



Uo sunt in hac cura fundamenta notanda. Primuz est q prohibeatur augmentum siue complemētuz apostematis: & hoc vbi occurramus a principio. Secundum quod resoluatur quod iam fluxum est & in istis totā cura consistit nec est tardandum in remediis. Hec enim egritudo est de pacutis & est se uorum accidentiuz: succurrendū est ergo statim a prin. iubente Hippo. 3rta affor. vbi habet. Medicari in valde acutis &c. Sunt etiam remedia a prin. fortia admi nistranda sicut idez Hippo. prima affor. illo. Ad vltimas egritudines &c. Ubi aūt hec egritudo fit cōfirmata vana & cassa est medicorum operatio.

¶ Primum fundamentū perficitur quinq principalibus intentionibus. prima est debita regiminis administratio. scda diuersio. tertia repercussio. quarta euo. quinta rectificatio san. & humorum.

¶ Prima intentio completur in debita administratione. 6. rerum nō naturaliū Primo in dieta. dāda enim est subtilis dieta vt in hoc cap. precipit Rasis dādo aquam ordei siue ptisanam colatam vel non colatam. Hodiernis tamen temporibus non est in vsu ita subtilis dieta. si enim hodiernis temporibus solam aquā or. darem' infames essemus vulgo & vbi infirmus periret nobis ascriberetur: tamen etiam quia istis temporibus corpora non sunt ita robusta sicut antiquitus etiam quia sumus vsitati in maiori cibi assumptione q esset consuetudo apud veteres: vnde Aui. tertia primi cap. de regimine eius qd comeditur & bibitur. dicit homines debere esse contentos vna cibatione in die: vel vbi sint debiles vna cibatione die vna alia die duab': sic q in duobus diebus ter comedat. Solent tamen practici istis temporibus dare ex farre siue farina ordei coquendo in aqua & hec

In duobus diebus ter comedat

quattuoꝛ pꝛimis diebus ponēdo in ipa
de ſucco granatoꝛum de agreſta ſucco li
monum ꝛc. vt merito iſtoꝛū hu. conſtipē
tur ꝛ coarctentur ne ad caput poſſint flu
ere. Alie etiam res nō naturales debent
ad fri. declinare. aer etiam altereť ad fri.
accidentaliter: tamē ſi poſſibile ſit eliga
tur naturaliter tēperat⁹ qui alteretur cū
infrigidātib⁹ leuis frigiditatis vt aqua
ro. ꝛ aceto cameram irroꝛare.
¶ Secunda intentio eſt diuerſio que cō
pletur ꝑ multa ingenia. Pꝛimū ē flo. fa
cimus enim pꝛimo flobotomiam cepha
lice. ꝛ hoc vbi non ſit totius magna re
pletio: qꝛ tunc pꝛimo facerem⁹ flo. ſaphe
ne deinde baſilice vt in illo ca. Cum ma
teriam euacuare ꝛc. fuit declaratum. De
flo. tñ eſt communis dubitatio maxime
mota a Gen. an in omni freneſi vera com
petat flo. tenet enim Gen. ꝙ non lz vt in
pluribus cōpetat ꝛ adducit ad hoc duas
rationes. Pꝛima qꝛ ſtat materiam fre. eē
colericā puta ſanguini non mixtam que
per ſan. euacuationē poſſet furere. Secū
da quia non in omni hereſipilla cōpetit
flo. ꝛc. Mattheus tamen gradi tenet op
poſitum: ꝛ hoc vbi virtus conſentiat nec
ſecundum eum Gen. rōnes concludūt: qꝛ
flo. ſit multoꝛum gratia. pꝛimo euacua
tionis. ſecūdo diuerſionis. tertio pꝛeſer
uationis. quarto tētationis. Lz ergo flo.
euacuatiua non ſit fienda niſi ſanguine
peccante vel colera ſan. mixta tamē alijs
intentionib⁹ fieri poteſt nullo pꝛedictoꝝ
exiſtente. Gratia pꝛeſeruationis vt a ſa
nitate pꝛeſeruetur. gratia tentationis vt
ſi quis dubitaret de lepꝛa videre ſi ſan.
ſit infectus. vel in mſia ad cognoſcendū
melancoliam, videre ſi in ſan. ſit aliqua
aduſtio: ꝛ ideo in oī caſu ſi non euacuati
ua tamen alie competunt. nam ſemꝑ nō
eſt quin in freneſi pꝛopter maximum do
loꝛem panniculoꝛuz cerebꝛi qui ſunt ma
xime ſenſitiui attrahať ſan. ꝛ alij humo
res: ideo ſemper eſt bonum flobotomare
ſicut in fractura cranei facim⁹ flo. diuer
ſiuam. qꝛ locus doloꝛoſus traheret ma
teriam ꝛ fieret apoſtema: ꝛ ideo ſemper
bonum eſt facere flobotō. Ad pꝛimam er
go rationem de humoꝛum colericoꝛum
ebulitione dicit ꝙ verum eſt ꝙ euacuatiꝰ
ua copioſa illud faceret nō tamen diuer
ſiua modica ꝛ ꝑſeruatiua ꝛ licet fiat ali
qua inflāmatio tamē magis eſt iuuamē
tum de ꝓhibitione apoſtematis ꝗ̄ ſit il
lud nocumentum de modica inflamma
tione. ¶ Nota ꝙ Auicen. laudat flo. co
pioſam niſi ſit aliquod foꝛte pꝛohibens
ad inſinuandum tātum eſſe flobotomie
neceſſitatem ꝙ quamuis ſit aliquod pꝛo
hibens eſt tamē fienda dum tale ꝓhibēs
non ſit foꝛte. hec enim cura irregularis ē
ꝛ coacta. habemus ex cañ. generalib⁹ ꝗr
ta pꝛimi. ca. de flo. ꝙ ven. repleto non de
bet fieri flo. tamen quia hec indicatio eſt
debilis non pꝛopter hoc deſiſteremus a
flo. quoniam differre in talibus eſſet ma
lum ꝑpter moꝛbi ſeuitatem. dubium eñ
eſſet ꝙ ſi tanto tempoꝛe tardaremus ꝗ̄
to cib⁹ ſtomachū exiret ne materia tota
flueret et fieret complementū apoſtema
tis quod maxime verendum eſt ꝛ timoꝛo
ſum. Fit etiam diuerſio cū vētoſis in ſpa
tulis ꝛ cum foꝛtibus ligaturis in adiuto
rijs bꝛachioꝝū ꝛ in coxis ꝛ cum fricatio
nibus. Ad idez etiam facit euacuatio di
uerſiua cum ſolu. In colerica daremus
ſolutiuuz declinans magis ad lenitionē
Ubi tamen coꝛpus eſſet valde robuſtum
adeo ꝙ non pateretur a lenitiuo darem⁹
ſolutiuū foꝛte. Uſualia ſolutiua colere in
foꝛma electuarij ſunt electuarium de ſuc
co ro. eſm ro. diapꝛunis ſolutiuū. Doſis
coꝝ eſt a. ʒ. iij. vſqꝫ ad. iiij. In foꝛma pillu
lari ſunt pillule auree aggregatiue. Do
ſis eſt a. ʒ. j. vſqꝫ ad. ℈. iiij. Competunt ꝛ
cliſteria lenitiua ꝛ foꝛtia ſolutiua. Leni
tiuum cliſtere tale eſt. ℞. maluarum ma
trum vio. violarum ꝛ oꝛdei ana. M. ſ. fi
at decoctio de qua accipiātur ℥. x. vel li.
ſ. cui addatur caſſie fiſtule. ℥. ſ. ꝟ. zuchari
℥. ſ. olei violati. ℥. iij. ſal. communis. ʒ. ij.
miſce. ꝛ fiat cliſtere. Acutuz cliſtere fieret
vbi iſti loco caſſie poneretur aliquod ſo
lutiuuz: puta de electuarijs ſupꝛadictis
ſcilicet diapꝛunis ſolutiui. ʒ. ij. vel. iij.
¶ Tertia intentio ꝗ̄ eſt repercuſſio comple
tur cū embꝛocis ſcz. circa caput. ꝛ ī hac
intentiōe laudauit Raſis embꝛocationē
factam ex oꝛodino. i. ex mixtiōe facta ex

aceto oleo ro. τ aqua ro. et vȝ s̄m quosdā vt aqua ros. ad alia sit proportio dupla verbigratia. ℞. aque ro. ℥. viij. olei ro. et aceti aā. ℥. ij. mis. s̄m. alios vero vt olum trium aliud sit subduplum ad reliquum verbigratia. ℞. aque ro. ℥. viij. olei ro. ℥. iiij. aceti. ℥. ij. misce. Laudanē etiā in hac intentione vt ponantur panni' in dicto liquore madefacti cum actuali sui frigiditate super collū inuoluanē vt stringāt vias per quas fluit san. τ alij humores ad caput et ingrossent materias fluentes. Cōuenit ēt vt dicti pāni madefiāt i aq̄s fri. stip. sicut aque ro. plan. solatri. τ debent isti pāni frequenter renouari vt fortior fiat refrigeratio. Conueniunt etiam odoramenta rerū fri. vt odorare camphoram τ acetuȝ ponere etiā ad intra nares de aqua plan. solatri semperuiue etiā ad intra aures τ oleū rosatū.

Quarta intentio est euacuatio per flo. vbi materia sit san. si vero cole. post digestionem per. farmaciam posset vbi vigeret necessitas añ digestionē fieri pp egritudinis seuitatem: τ hoc cum his que dicta sunt in intentione diuersiōis in forma electuarij vel pillularū.

Quinta intentio que est humorum rectificatio complet̄ ea q̄ hñt hu. coarctare vt infrigidātia stip. ingrossando refrigendo etiam vias. Et ad hanc intentionem faciunt cibi infrigidati τ stip. vt facti ex granis τ pasta infrigida. cum vino granatorum τ cito. de agresta limonuȝ arandioruȝ. Etiā laudantur medicine in fri. vt aque τ sirupi. Usualis siru. est iste. ℞. sir. ro. ℥. j. siru. de granatis. ℥. ß. aquarum solatri plan. τ bug. aā. ℥. ß. mis. τ debent administrari de mane τ post cenaȝ vt cum vaporibus cibi caput petant

Secundum fundamentum quod erat ad hoc q̄ factum est complet̄ per duas intententiones. prima est resolutio τ consumptio materie fluxe. secunda correctio accidentium.

Prima intentio completur primo per euacuationem appropriataȝ ad materiā apostemātem faciendo euacuationem cū mira. vel cū reu. vl' cū pillul' dicti capitulo de solidationibus. τ istud magis conuenit deinde si aliquid remansit resolue cum localibus positis supra caput temperate tamen cal. τ ad hoc valet columbus per medium scissus τ euisceratus cū actuali caliditate supra caput posit'. Et catulus pulmo arietis τ reliqua dicēda in capitulo de melancolia.

Secunda intentio completur per duo secundum q̄ duo sunt accidentia. s. instātia vigiliarum τ materie retētio. Ad primum iuuanē cum somniferis. Et ad hanc intētionē laudanē ola somnifera. Auic. tamen vituperauit opium maxime si virtus non sit fortis. In forti aūt exhibet lȝ paruȝ: multum enim in hoc capitulo minuit opium. Et est locus notandus quē Matheus gradi adduxit cum fuisset vocatus ad curam cuiusdam qui patiebaē fluxum dissintericum τ propter dolorem decreuerant medici exhibere opium vel filonium vel egethbeaȝ: τ iam cōcluserāt ponere opium. tamē superueniens Matheus gradi dixit se nolle consentire qz cum in patiente virtus est debilis ex tali opio periculum erat de totali caloris extinctione cum etiaȝ esset etate senex τ adduxit presentem textum. Timet etiā Aui. ad extra applicare nisi virtus sit fortis τ in isto virtus est debilis etiam administretur ad intra'. Adduxit etiā textū alium in capitulo de cura fluxus absolute decimasexta: tertiū vbi loquens Auice. de opio dixit. Et quocunq̄ modo sit non administretur ei cui virtus est debilis.

Usualia tamē somniprouocatiua sunt siru. de papauere τ vnguentum populeō τ sunt satis domestica. siru. etiam viola. cum aqua lactuce. est enim viola narcotica vt Mes. capitulo proprio

Secundum accidens erat vrine retentio Ad quod opponimus cum vrinam prouocantibus τ cum inunctione olei scorpionum facta in pectine circa regionem vesice: τ cū fomentatione facta ex paritaria decocta τ more emplastri ill' loco applicata. Oleū scorpionum valet a proprietate. conuenit etiam titillatio facta cum digitis in radice virge prope anum quare τc.

¶ Cura apoplesie.



Ota q̄ hec cura est multum difficilis. & eciā egritudo hec pessima ex qua difficilime euadunt infirmi: ideo dicūt medici cū protestatione se intromittere ipsis medendo dicendo hos raro liberari: tamen si qua proficere possint sunt illa q̄ sunt administranda. De bet etiā primo cognoscere an apopletic⁹ viuat an non. sunt enim ipsi parū a mortuis differentes. & ad hoc cognoscendū ponunt aliqua signa & ingenia.

¶ Primum signū est q̄ si apposito coto carminato ad os & nares tale cotum videatur moueri est signum vite. aer eciā extra expulsus p anhelitū motus talis causatur. quare signū est vite si anhelitū hꝫ si autē nō mouetur signum est oppositi.

¶ Secundū signū est q̄ si candele accense & ori & narib⁹ applicate flāma videatur agitari erit signū sicut de coto dictū est. oꝫ tn̄ obseruari ne aliunde hec agitatio fiat puta ex aere nimis moto in camera paciētis ex motu hominū multū anhelantium.

¶ Tertium signū q̄ si ciat aqua plenuꝫ pectori superponatur videaturq̄ agitari signum est vite quia adest pectoris motus.

¶ Quartū signū q̄ si speculū limpidū & tersuꝫ naribus & ori applicatū videatur maculari & desedari: signū est vite q̄ꝛ anhelitus aer vaporoso exeunte inficiet speculum.

¶ Nota vlterius q̄ & si nulla vite signa in istis appareāt tn̄ nō sunt talia corpora sepelienda statim immo debent morari spacio. lxxij. horarum & sunt tres dies cōpleti q̄ꝛ visi sunt quāplurimi qui prius q̄ ducebant ad ecclesiam ostendebant signum vite. de quibus casibus habes historias multas & hoc maxīe accidit mulieribus & corde fri.

¶ Nota etiā q̄ cura huius egritudinis diuersificatur fm̄ diuersitatē cause. & q̄ꝛ vt in pluribus vel huiusmodi cā est san. vel flegma; & magis flegma q̄ san. ideo specialiter de his duabus ponetur cura & primo de sangui. in qua tres sunt principales intentiones. prima diuersio. secūda eradicatio. tertia remotiō male qualitatis & cerebri confortatio.

¶ Prima intentio que est diuersio completur per flobo. & q̄ꝛ existente plenitudine sang. in capite raro est quin sit totius plenitudo: ideo nunq̄ in hoc casu facim⁹ a principio flo. ex cephalica sed ex saphena vel basilica deinde ex cephalica.

¶ Secunda intentio est eradicatio materie fluxe actu oppillātis & in hac intentione conuenit flobo. cephalice vel vene frontis. & de tali loquens Auic. supra. c. de soda. dixit q̄ talis flo. extirpat egritudines oēs capitis a san. venientes. Et licet Rasis in phil cura laudet flo. venarum guidem: non tn̄ est fienda neq̄ est in cōi vsu apud practicos q̄ꝛ est multū periculosa maxime in apopleticis siue paratis suffocationi: q̄ꝛ qn̄ fit flo. oportꝫ multum restringere colluꝫ etiā q̄ꝛ fit per eas maxima sang. emissio. nec de facili consolidari possunt cū non possint ligari & ligatura debite stringi. Uidi eciā in quodam scholari robustissimo q̄ ludens cuꝫ socio cū ense fuit vulnerat⁹ in vena guidem & emisit plusq̄. xx. lib. sang. intantū q̄ nūq̄ potuit ꝯsolidari nec reperiri potuit ingeniū aliqd in cōsolidādo nisi vt vnus cotinue teneret digitum cōprimendo ne sangu. egrederetur tanto tempore quo fatigaretur: deinde alius adueniebat quousq̄ fuit facta consolidatio post magnos labores.

¶ Tertia intentio que est remotio male complexionis derelicte in cerebro completur administrando ea que infri. sicut est acetum & oleum rosatum & hoc est in fine. est tamen timor ne oppilent vias cōstringendo maxime in paratis ad oppillationes. possent etiam a principio administrari in intentione repercussionis; licet non sit ita tutum &c̄.

¶ Cura apoplesie flegmatice.

Signa q° an apopletic) viuat

Apoplexia
Sanguinea

2^a int°

phl guidem

Item Cav

[illegible]

etiam ꝙ subeth vel est per essentiam vel per communitatem. Si per communitatē due sunt principales intentiones. prima est ad membrum mandans. secunda ad membrū recipiens. Ad membrū mandans intendimus cū euacuantibus materiā ab illo membro ꝛ disponētibus ne amplius mandet. Ad recipiens intendimus cū intentionib⁹ dictis supra. ¶ No. etiam ꝙ illa que est per cōitatem vel est a causa intrinseca vel primitiua. Si a primitiua vel venenosa vel nō. ꝛ in vtraqꝫ cō petit regimen dictū verū in venenosa vt ex potu opij vel fungorū comestione ꝛc. cū hoc ꝙ conuenit illorū euacuatio. competit etiā confortatio cum croco castoreo cass. lignea que cum hoc ꝙ sunt cal. sunt etiam bezoardica ꝛ tiriacalia repugnantia venenositati. ꝛ potest exbiberi ex istis vsqꝫ ad. ℈. ſ. Si autem causa sit per essentiam vel prouenit a sola mala complexione siue materia fri. sic. ꝛ hu. que dispositio plm contingit in infantibus maxime in locis fri. ꝛ hu. competet tñ vna intentio. s. rectificatio talis male complexionis primo per fomentationes cal. ꝛ sic. verbigratia accipere spongiā infusam in d. rerū cali. maxime capitaliū de quibus abunde supra dictū est etiā inungere caput cum oleis cali. iam dictis vt de costo ꝛc. Conueniunt etiā interius applicata vt diamus. dul. ꝛ amarus confectio anacardina que maxime calefacit confectio diacori que est maxime vsualis quare ꝛc.

¶ Cura subeth a materia flegmatica.



N hac cura sicut i primo notato dicebatur sunt tres intētiones dicte supra. prima diuersio. secunda confortatio. tertia releuatio a paroxismo ¶ Prima intentio completur primo per clisteria acuta quia in hac egritudine ex materia flegmatica maxime conueniunt ꝛ vsuale ꝛ conueniens esset descriptum in cura apoplexie ponendo de hiera. s. vel logodion vsqꝫ ad. ʒ. ſ. Possumus etiam in dicto subeth exhibere de pillulis ad hoc valentibus dissolutis in decoctione ꝛc. Dosis pillularum per se est. ʒ. ſ. se. dissoluendo etiam cum aliqua aqua capitali. debent autem iste pillule dissolui propter causam dictam de apoplexia. Competunt etiam suppositoria acuta longa dicta supra.

¶ Secunda intentio est confortatio ꝛ repercussio materie maxime quando fluit ꝛ hoc cum stip. confortantibus participantibus aliquali cali. ne in infrigidatione adderemus: ꝛ hoc potest fieri per diuersa ingenia de quibus dictū est supra infundendo acetum supra caput.

¶ Tertia intentio est euigilatio a somno in qua maior pars cure consistit administrādo fricationes ꝛ ligaturas dolorosas etiam odoramenta vt odorare acetū est enim maxime euigilatiuum sua acuitate ꝛ exiccatione. facere etiam sternutatoria ꝛ reliqua huiusmodi quare ꝛc.

¶ Cura congelationis.



Ota ꝙ congelatio sumitur multis modis. Primo pro humidi aquei inspissatione et condensatione vt sumitur a pho quarto metaphisice. Secundo modo pro somno graui ꝛ longo vt subeth vt hꝫ illo affoꝛismo. Somnus ꝛ vigilia ꝛc. Tertio pro lesione sensus tactus vt est stupor quomodo sumpsit Gale. 4. de accidēti ꝛ morbo. Quarto pro quadam pas. terribili consequente malam complexionem fri. ꝛ sic. in cerebro per quā ingrossant̄ spūs ꝛ de tali nō vr̄ Aui. fecisse mentionem siue singulare capl̄m. reperit̄ tñ in capitulo de subeth assari vbi Aui. facit vnum verbū ꝛ dicit Et cū aperit oculum suū est ipsius apertio sicut apertio habentis subeth ꝛ cōgelationē absqꝫ palpitatione. Et ibi Ge. dicit ꝙ subeth assari. i. dormitatio vigilatiua ita ꝙ plm euenit dicit ipse a materia flegmatica ꝛ colerica simul in qua vapores colerici nō pretermittunt vapores flegmaticos facere perfectā oppilationem. ¶ Nota etiam ꝙ istius egritudinis sunt plura signa propria huic egritudini ex quib⁹ distinguimus inter reliquas egritudines ꝛ istam. ¶ Primum signum est

Aui. nō facit capitulum de congelatione

Vide Syl. Congelacion

Ulnerij Serapionis

ꝙ in hac dispositione infirmi stant sub eodem situ & habitu sub quo erant: dum incurrunt in paroxysmū istius morbi vt si erant sedentes etiā remanent sedentes si flexis genibus eodē modo. & causa est q: membra stant rigida ex frigiditate et siccitate materie.

¶Secundum signū ꝙ huiusmodi egrotātes stāt cū oculis apertis vt dicit. Aui. c. alsatio ꝑpter contractionē ex fri. & sicci. in musculis oculi peruenientē: ideo remanent contracti. Et si diceretur quare non remanent cum ore aperto ita ꝙ musculi maxillarum remaneant contracti? Dicitur ꝙ musculi maxillares magis resistūt sue contractioni. Sed forte melius esset dicendum ꝙ si isti reperirentur in aduentu paroxysmi congelationis cum ore aperto remanerent eodem modo. sed tunc non differunt hoc signum a primo.

¶Tertiū signū ꝙ amittunt motū & sensū ex eo ꝙ spūs ingrossati sunt & cū hoc alterati a sua naturali dispositione & cōplexione ad preter naturalē omnino dispositionē & cōplexionē omnino cōtrariā scʒ frig. & sic. id ita indispositi nō influūt & cessat fluxus: & ideo nō vere dormiūt q: ibi non fit reditus spirituum ad principium suum: & hec egritudo a Sera. dicitur atathas.

¶Quartū signū ꝙ nō sunt vere dormientes q: ad somnū requiritur reditus spirituū. ¶No. etiā ꝙ apoplexia & congelatio cōueniunt & differunt. conueniūt in hoc ꝙ in vtraqʒ est priuatio sensus & motus sed differūt. primo q: in ꝯgelatione spūs sunt indispositi nō potētes mouari ad instrumēta sensus & motus nec sunt cōuenientes vehiculū virtutū anime: in apoplexia vero nō. nā indispositio nō est in spū sʒ ratione oppilationis nō penetrant ad mēbra. Itē cōgelatus manet in eodem situ: apoplecticus vero nō. Item in apoplexia mēbra sunt relaxata & mollificata: in cōgelatione vero cōtracta & rigida quare &c.

¶Accedēdo ad eius curā nota ꝙ nō debet in hac passione approximari acetum q: maxime est exiccatiuū & hec egritudo indiget humectatione cū tēperata caliditate: ideo precedētibus diuersionibʼ dēt administrari resolutiua istam materiā ex quibus vsualia sunt hec primo oleū sambucinum & est oleū de sisamino inungendo caput ex eo. & hoc remedium laudat Rasis in littera est eñ huiusmodi oleū tēperate caliditatis cū aliquali humiditate: ponit aūt in vna quaqʒ lib. istius olei. ʒ. j. euforbii & fit forte resolutiuū. Aduertēdū tamen est ne a princi. nimis exiccemus ne fiat paucorum spirituū qui sunt in corde totalis resolutio & ex cōsequēti extinctio. sed pcedere debemus gradatim apponēdo pānos cal. & anodina vt sunt mellilotū & camomilla faciēdo ex ipsis deco. ex quibus fiant fomentationes & fomētando ex decoctione vini cuʒ saluia maiorana sticados & reliquarū herbarū capitaliū. cōuenit etiā oleū de lilio qd habet ꝓprietatē viuificādi calorē naturalē & cuʒ hoc habʒ virtutē tiriacal. etiā oleū de spica de ruta de euforbio. Si magis calefacere volumus conuenit potus vini optimi aromatici vt esset vinum dictum malnasia. & cum tali remedio dicit Ser. tertio de simplici medicina distinctione secūda cap. secundo se curasse congelatum. est enim tale vinum apud ipsum appellatum listos. vinum enim huiusmodi aromaticum virtutem habet viuificandi vt dicit Auicenna sexta quarti cap. de venenositate ex medicinis fri. Curam hanc ꝑfectius habebis. c. de melancolia vbi ponentur medicina & remedia ad humorē melancolicum quare &c.

Vinum

Ypom

¶Cura paralesis.



Quinque sunt intentiones in hac cura. prima debita regiminis administratio. secunda digestio hu. flegmatici tertia euacuatio. quarta diuersio. quinta resolutio materie remanētis & confortatio membrorum egrotum.

¶Prima intentio cōpletur vt. 6. res nō naturales conuertantur ad contrarium egritudinis. debet enim regimen esse cal. & sic. cuʒ causa sit flegmatica. Debet eñ primo aer alterari & disponi vt declinet ad calidum & sic. suffumigando came

Inter) Congelacionem / Apoplexiam

¶ Tertia intentio est repercussio que facit ad prohibendum augmentum apatis et hoc fit constringendo porrositates epatis ne recipiat materiam: et in hac intentione ponit Aui. can. obseruandos et alios timores quos debemus timere et cauere. Primus est quod aduertimus in vsu istorum fri. repercussiuorum quia epar habet venas strictas et est membrum paruum cadere in oppilationes. et ideo aduertendum est qz fri. constringendo vias sunt causa oppilationis. Secundus est quod nos debemus aduertere qz apa epis facillime induratur qz partes subtiles apatis resoluuntur et remanent partes grosse. ideo dicit Auicen. quod non euadit aliquis ex apate indurato. etiam dicit Auicen. o quam velociter respondet duritiei ideo non debemus nimis infrigidare. Tertius est quod aduertamus in vsu sti. fri. ne sui frigiditate prohibeamus resudationem. ideo etiam in pleuresi est vitan. in prima parte augmenti. semper enim ex tali apostemate resudat aliquid de materia: ideo fit sputum subrubeum vel subcitrinum: et ita etiam resudat aliquid ex apostemate epis et illa virulentia indiget abstersione. Quartus est quod ista repercussiua fri. sunt aliquando causa retentionis colere in epe et ideo sunt causa maioris inflammationis et prohibet ne materia colerica mittatur ad cistim fellis. Ideo dico stantibus istis cau. quod repercussiua non debent esse fortia et semper debemus aliquid immiscere quod habeat virtutem aperitiuam et abstersiuam exhibendo aliquando ea que per interius et aliquando ea que per exterius applicantur. Per interius damus siru. vz rosa. de succo ace. de cito. cum aquis appropriatis scz aceto. plan que singularissima est qz non est constrictiua sed aperitiua: lz quidam dicant quod est constrictiua sz male. Et nota tex. quod in cura oppilationis epis laudat Aui. aquam pla. factam ex folijs et ra. suis et cum hoc ponemus aquam en. que conuenit cum epe. miscemus etiam cum supradictis ads aliquam ex istis. s. ci. capilli et euene. qz abstergunt et aperiunt et hoc vbi materia sit cali. quia si esset frigi. conueniret mel ro. com siru. ro. et tunc cum aqua absyn. que non ita infrigidat Per exterius autem conueniunt epithimata et inunctiones: vt ex oleo rosato et de cito. et epithima ex aqua plantaginis. solatri et rosatum cum panno infu

so applicetur epati sa ciendo etiam sacculos ex pulueribus vt ex sandalis albis rubeis et citri. rosis corticibus et flori bus granatorum et puluerizare et super epar applicare cum sacculo. Si etiam fortius indigemus apponemus tam in epithimate quam in sacculo quattuor vel sex grana campbore. aut ex eis possumus facere emplastra. Si vero materia esset frigida non faciemus epithimata ex rebus fri. istis sed cum eis poneremus de calefactiuis vt absin. squinanto mastice cum oleo ro. et mastichino etiam ex decoctione absin. et squinanti ponendo super epar.

¶ Quarta intentio est digestio. si enim sit alius hu. a sanguine diuersificabitur digestio secundum diuer. hu. quia si erit colericus digerendus erit cum digerentibus coleram et sic de alijs. Est tamen obseruandus canon. in hac intentione quod illa que exhibemus secundum diuersitatem humorum debent habere virtutem stip. conuenit ergo siru. ro. de ribes de succo aceto. oportet enim simul stipticare et digerere et maxime quia sumus in prin. et ideo non conuenit siru. vio. quia nihil habet stip. Ubi vero nec essemus in prin. nec in augmento ita quod iam fluxa esset materia que debebat fluere: tunc possumus vti alijs non stipticis: et tunc daremus siru. acetosum vio. et alios sepe dictos et isti conueniunt pro digestione materie colerice. In flegmatica vero conuenit mel. ro. oximel sim. sirupus de duabus radid. In melancolica vero etiam propria conueniunt digestiua vt siru. de pomis simplex: siru. de fumoterre.


¶ Quinta intentio est euacuatio et est obseruandus canon. predictus ab Auicenna pluries quod quando volumus euacuare oportet considerare locum apostematis quia si est in concauo oportet euacuare per venas meseraicas et intestina. si autem in gibbo per venas emulgentes et vias vrine: facere autem aliter est magnus error et diuersificatur huiusmodi intentio secundum diuersitatem humorum. nam si sit colera euacuabimus cum reubar. cassio. et manna et non oportet quod sint fortia attrahentia quia essent causa augmenti apostematis agitando hu. conuenit ergo reubar. in infusione. et laudauit Aui. vt exhibeatur huiusmodi medicine cum pane vel alio cibo. de quo dubitat Gen. nihil determinando. precipit enim Aui. vt exhibeatur turbith ellebori oppositum huius habetur. iiij. f. c. de regulis communibus solutionis ven. et vomitus. vbi dicit quod medicina adhuc existente in stomacho non datur cibus exhiberi. Mathe. de gradi soluit dicens quod regula est in cura apostematis quod non soluamus ven. cum medicinis trahentibus a remotis materias ad ipsum epar: quia tunc est timor de augmento et additione apostematis: et debemus euacuare quod in epate continetur: et quia aliquando materia est grossa et rebellis: ideo indiget forti solutiuo vt turbith vel elleboro verum quia iste materie habent annexam aliam virtutem. s. quod attrahunt a longinquis ideo ingeniatus est Aui. vnum modum quo caueret ab epate et non ab alijs membris vtendo ad paucam quantitatem solutiui et secundo admiscendo cibum et ita cibus alteratus cum virtute huiusmodi solutiui facit solu. et non attrahit a remotis quia illud pauca cum solutiuum quod non fuisset sufficiens ad attrahendum materiam admixtum tamen cum cibo et alterato ipso cibo complet solutionem et non attrahit a remotis quia eius virtus refrangitur a cibo. Sed posset quis dicere quod re est quod dictum solutiuum cum est in epate non attrahit a remotis: dicatur quod virtus solutiui est ita confracta quod non potest a longiori loco attrahere: et ideo dicit Auice. aliquid ex istis solutiuis quasi velit innuere quod illud solutiuum sit pa. Euacuatiua colere flegmatis et melancolie satis dicta sunt supra: ideo diuersimode procedimus euacuando secundum diuersitatem humoris.

¶ Sexta intentio est resolutio: in hac intentione ponit Auicen. can. vnum quod in ista via non debemus absoluere solutiua a stip. confortatiuis vt spicam squinantum quia epar est membrum sicut sanguis congelatus siue coagulatus et est membrum satis laxum et dissolubile. esset ergo timor ne tale membrum eliquaretur et dissolueretur sicut cum digestiuis semper miscemus quod habeat virtutem apertiuam. si ergo volumus facere decoctionem pro fomentatione. verbi gratia mellilloti camomille altee addemus aliquid stip. vt spicam et squi

natum: conueniunt ergo in hac intentione reso. inunctiones emplastra epitimata fomentationes circa regionem epatis cum aneto meliloto altea et camomilla ponendo aliquid de rosis de absinthio vel masticis. inunctiones vt cum oleo liliorum camomillino anetino et simul miscere ponendo semper de oleo absin. ad stiptic andum et confortandum.

¶ Septima et vltima intentio est remotio male complexionis: et ista proportionatur cause quia si est calida. debemus remouere cum frigidis. et econtra. Completur autem hec intentio cum his que per interius applicantur. Per interius cum infrigi. secundum diuersitatem cause modo dicto. et hoc quando tale apostema terminatur per reso. Aliquando tamen deuenit ad saniationem et cognoscimus per hoc quod non diminuitur feb. nec dolor: immo forte augetur quia circa generationem saniei accidunt dolores etc. Et ita arguendum est quod saniatur et si est sanguineum apostema maxime ad dubleti. i. saniem conuertitur et ideo debemus adiuuare naturam ad collectionem saniei vt citius apostema maturetur. laudatur ad hoc decoctio pas. ficuum siccarum altee maluarum seminis lini et fenugreci. et ita ex eis facimus emplastrum cum butiro vel oleo amig. d. cum assungia pinguedine galline anatis. Maturato autem apate rumpimus ipsum cum tussi motu forti prouocando vomitum vel sternutationem vel saltando et sic de similibus motibus. postea abstergimus secundum diuersa latera: vt si est in gibbo dabimus abstersiua que sunt vrine prouocatiua vt aquam mellis zucbari vel ordei vel cicerum rub. Si autem in concauo dabimus ea que faciunt ad prouocationem secessus: vt cassiam mannam tamarindos serum caprinum: postmodum consolidamus cum boloar. terra sigillata vt supra dictum est. Si autem ad duritiem deueniat raro curantur sed postea ad hidropisim deueniunt. Est ergo intentio ad mollificandum cum radice altee maluis farina. s. lini et butiro. Sed vnum singulare remedium est emplastrum meliloti quod describitur a Mes. i nantidotario in duritie splenis epatis et duritie quasi olim membrorum et ponitur cum cotio sub loco. etiam isopi cerotum. d. filagri. Et nota quod isopus humida. s. sordities lane ouium incorporata cum oleo ami. d. vel butiro in apostematibus aurium puerorum vel in grandulis mirabiliter mollificat et resoluit. Et ego consequutus sum maximum honorem et si possibile est fiat remotio duritiei apostematis: tamen quando est confirmata durities non curatur vt dicit Aui. quare etc.

¶ Cura debilitatis epatis.



Pro cura debilitatis epatis ponit Aui. in prin. ca. cap. quod medicine que adhibentur ad debilitatem epatis debent esse aperitiue cum leui caliditate et subtili. leui. quia non multum eleuate in caliditate quia si contingeret quod esset discrasiatum ad calidum adderent in causam cali. et propter hoc vt calor epis confortetur tali leui caliditate. Et quod habeant virtutem aperitiuam quia cum debilitate epis communiter oppilationes coniunguntur propter venarum strictvram quia ex debilitate multe in ipso generantur superfluitates que aggregate causant oppilationem. Alia virtus que opus est in huiusmodi medicinis est virtus stitica et abstersiua. leniter quia superfluitates que generantur indigent abstersione. et dicit Nicol. quod multum conuenit terbentina quia est abstersiua et lenitiua. ideo ponit vnum electuarium de terbentina. Aui. in hac cura et medicine que epi exhibentur sint stip. quia epar est membrum laxum et omnes humores preseruari a putrefactione quia multi humores non bene dispositi generantur: ideo oportet illa exhibere que omnes has virtutes compleant vt cinamomum quod habet omnes has virtutes. Stante ergo isto casu oportet considerare causam et quia vt plurimum causa debilitatis epatis est frigida et si est cal. tandem deducitur epar ad infrigidationem propter multas reso. san. et spirituum: et ideo ad confortationem quedam sunt simplicia vt absintium in quo omnes doctores conueniunt quia est epatis calefactiuum: temperate. aperit enim rationem partium subtilium et habet virtutem stip. et solutiuum. squinnantum et spica similiter sunt singularissima in confortatione epatis. pistacbi vel fistici passule etiam dul. quas laudat multum Aui. et etiam in cura ma-

le complexionis cali.q2 a tota substantia respiciũt epar vt in capitulo de mala complexione frigi. epatis: quia vult q magis faciant ad confortationẽ epatis sui proprietate q̃ per eius caliditatẽ noceant:⁊ debent esse potius aliqualr ace tose q̃ dul.in cã cali.in presenti etiã cap. eas bis laudat ⁊ etiam in fine capituli dicit q fluxũ curant lotiuũ ⁊ in cõmuni practica multũ confert exhibere vnũ coclear passu.in fluxo lotiuo. Etiã carnes limatiarũ in cura male cõplexionis cal. ⁊ fri.laudanꝰ ab Auicen. ⁊ connumerat eas in rebus cõuenientibꝰ epati.de quo facit dubitationẽ Sen.differentia.lxviij Et Joã.matthe' de gradi tenet q̃ Sent. ⁊ cõtra eũ arguit.vide eũ.Endiuia et vz is egritudinibus tam cali.q̃ frig.epatis quia hec agit a proprietate occulta. etiã limatie licet sint viscose ⁊ oppilent:tamẽ rõne proprietatis occulte cõueniũt ⁊ ma gis iuuant q̃ noceant: eo maxime quia artificio illa viscositas põt remoueri. p qua preparatione vide modũ preparãdi quẽ habes in fine Jacobi forli.super tegni in vltima charta.primo capiendo ci neres ⁊ ponere dictas limatias in eis cũ aqua ⁊ multotiẽs fricare abijcẽdo aquã vel cũ arena ⁊ aqua ⁊ ita sepius fricare vel cũ aqua tepida ⁊ sale ita q nunq̃ tã gant aquã fri.sed cal.q2 in aqua frigida indurescũt. Aqua etiã distillationis earum multũ valet extenuatis ⁊ ptisicis ⁊ est multũ fortis ad restaurãdũ.etiam ad debilitatem epatis.dosis eius est.ʒ.vj. in aurora ⁊ tenetur cõfecta.etiam absyn thiũ est singularissimum in solo vsu eius ⁊ nõ est timor in eo.liberaui enim hidro picam ex solo vsu eius.valet etiam aqua ordei in debilitate prouenijte a malitia complexionis cali.derelicte post feb. ter tianas.⁊ hoc expertꝰ est Mattheus gra di.Epar etiam adip.conuenit a proprietate quod aliqui estimant etiam epar lu pi. Aui.autẽ sexta quarti ponit differen tiam inter ea.facit enim de eis capitula distincta.conuenit etiã confectio dialace dando de ea coclear vnum valet etiã dia curcuma.dicit enim Auicena infra q in ea est spes ad omnes species hidropisis dando.ʒ.ij.in mane cũ aliquo liquore vt aqua absy.electuarium etiã de vino qđ ponitur ab Auice.licet non sic ab eo nominetur sed ponitur in capitulo de debi litate epatis qđ est ex sublimibus Gale. qđ forte vt dicit Senti.ponitur a Gale. in libro experimentorum vel in libro par ticularium egritudinũ qui liber memir appellatur vel decem tractatuum quẽ li brum Sen.nõ viderat ⁊ ponitur electua rium hoc in octauo libro decem tractatuũ capitulo decimoquarto. ⁊ Auicena accepit eum de verbo ad verbum sicut et facit Senti.loco allegato:lz ab eo Aui. raro inueniatur q verificet simplicia in gredientia cõpositionem.multi vsi sunt hoc electuario ⁊ maxime quidam medicus Mediola.p illustrissimo duce Bari pro fluxu epatico a quo sanatus fuit. postea vero alia egritudine obijt. Nota etiã q in isto electuario ingredit quoddam simplex qđ dicitur darsisachan de quo est dubitatio quid sit quidam enim dicunt esse aspaltum quidam flores gra nati siluestris:sed loco eius vtimur xilocaraia vel char' vel squila charoba vul gariter dicitur vel garoua vl' faba vltra marina. Jn libro autem Aristotelis qui dicitur ad Alex. multum commendatur ⁊ rubarba.⁊ dicit q est vita epatis. ⁊ ab Auer.quinto colliget comendatur q est frenum aliarum medicinarum. quidam practici dant bis vel ter de eo in hebdomoda.⁊ pro qualibet vice dant.ʒ.ſ.⁊ cu rant fluxũ epaticum. ⁊ hoc erat Siringelli secretum.Troc.etiam de reubarba. multum valent.videlicet dando.ʒ.ſ. vel. ij.bis in hebdomoda.valent etiã trocisci de rosis ⁊ eupatorio.⁊ non debemus sta re contenti in vno remedio: quia egritudo est longa dãdo suprascriptos trocis. cum siru.vel aquis confortantibus epar vt siru.de absy.vel de eupatorio.Et vbi timeretur caliditas infrigidãtes res da mus remittentes eam sicut endi.tarasacon vl' cico.dicit Nicolus de mõte Sct. q tarasacon est planta leonis que facit florem citrinum.est etiã vna alia species que cicerbita appellatur ⁊ vt quidã dicunt morsum porcinum.Et de rebus cõferentibus ehi ponit Auicena vnũ aliud declinans ad frig.s.spodium ⁊ est simile

ossibus combustis vel est radix canne cõbuste. Sed dicit Simon ianu. q non est verum: licet ponatur ab Auicena. valet etiam diarodon abbatis.ꝛ.d. communi similiter co‑fectio triasan. posita a Nicolao in antidotario. ꝛ est in communi practica ꝛ est fri. Et si superfluitates sint fri. laudat Auicē. esse exhibēdum agar. tamen omnes auctores cõueniunt in reubarbaro. ideo est in cõmuni practica in egritudinibus epatis. sed aliqui dicunt q agari. facit feua accidentia in stomacho ꝛ epate quod non videtur de mente Auicen. Sed nota in confortatione ꝛ vigoratione naturalium virtutum epatis medicine conueniunt ſm complexionem virtutum ita q ſm distemperamentum virtutum cõueniunt medicine vt si sit debilitata sola digestiua conueniũt calefa. ꝛ humectantia. Si vero retentiua conueniunt fri. Et licet auctores inuestigauerint quamlibet causam que posset quasi bet ꝟtutes epatis ledere ꝛ vna posset distemperari alio modo q̄ alia ꝛ ita ſm earum distēperiē varie requirantur medicine: tamen vt plurimum distẽperata vna omnes distẽperantur: ideo dãde sunt medicine confortatiue omnium virtutũ vel vna medicina compositis ex diuersis medicinis ꝯfortatiuis diuersarũ virtutũ ꝛc̃.

¶ Cura icteritie citrine ꝛ nigre.



Cura ista diuersificatur ſm diuersitatez icteritie: qꝛ alia debet citrine alia nigre alia illi que prouenit ex multitudine cole alia illi que prouenit ex oppillatione. diuersificatur etiam ſm diuersitatem materie. In cura ergo icteritie citrine prouenientis ex multitudine cole ꝛ a mala cõplexiõe cal. epatis quattuor intentiones sunt obseruande. prima est debitum regimē. scda digestio hu. facientis icteritiam. tertia euacuatio quarta remotio male complexionis remanentis.

¶ In prima ergo intentione oꝫ vt. vi. res non naturales declinent ad frig. ꝛ hu. ꝛ in hoc non opꝫ sermonē prolongare: qꝛ satis dictum est supra.

¶ Secunda intentio est digestio hu. colerici peccantis ꝛ hec completur cum siru. acet. s. de endi. vio. õ cicorõ succo aceto. de agresta de limonibus de acetositate citri ꝛ alijs valentibus in digerẽdo hu. colericum cum aqua endi. cico. solatri lactuce plan. acetose. ꝛ possumus admiscere cum predictis aquis iulep vel etiã per se ꝛ sic completur digestio.

¶ Tertia intentio est euacuatio ſꝫ prius fienda est flobotomia si fuerit necessaria postea debemus euacuare coleram cum cassia manna admiscendo de electuario de succo ros. de electuario ros. cum diaprũni solutiuo dando vsqꝫ ad. ʒ. iiij. etiã reubarbarũ in infus. si timemus oppilationes si nõ dabimus ipsum in substantia. Si aũt sit mala cõplexio in toto: tũc opꝫ flobotomare ipsum vt faciamus subtractionem cole etiam quia per flo. epar infrigidatur seruato tñ can. Aut. quarta primi. c. de flo. Caue ne egrum ad alteram diuersũ rerum perducas ꝛc̃. cuꝫ sanguis sit aliorum humorum frenum.

¶ Quarta intentio est remotio male cõplexionis derelicte qꝛ remanente tali mala complexione de nouo adhuc regeneratur icteritia. remouetur autē cum hiis que per interius ꝛ his que ꝑ exterius applicantur vt in cõplexione cal exhibere ea que infrigidãt epar ꝛ corpus vt sunt epithimata fri. vt capiẽdo pãnũ lini infusum in liquore fri. ꝛ epi applicando. ꝛ semper huiusmodi epithimata debẽt applicari ante assumptionem cibi ꝛ non statim replectione cole in epe ne retineat materia ꝛ propter infrigidationem prohibeatur conuersio san. applicentur ergo predicta epithimata per duas horas ante prandium ꝛ vnã ante cenam. ꝛ non debent fieri vt dictũ est statim replectione materie colerice in epe: qꝛ talis materia retinetur ꝛ retenta putrefit. ꝛ iõ in febrib⁹ qui administrãt epithimata añ cõpletã euacuationē errãt. postea ꝟo fctã euacuatione pñt approximari: ꝛ ad hoc ꝓpositũ singulariss. est aqua endi.. fiat ergo epithima sub hac forma. ℞. aq̃ end. li. s. aq̃ ro. qꝛ habet virtutē stip. siue constrictiuã. ʒ

ij.vel.iiij.sandalorum ₇ spodij añ.ʒ.ß. ace
ti.℥.ß. cū penetrat oniꝰ.spice. ℈.j. ꝑpter
virtutē calefactiuam aut croci gra.iiij.₇
fiat epithima qđ etiam est singulare pro
mala cōplexione cordis cal. si superpo
naẜ regioni cordis.₇ circa hoc.s.cor non
tanta est habenda consideratio in appli
catione huiusmodi frigidorū quia stante
repl̄one possumus etiā approximare eo
ꝙ nō est timor de prohibitione digestio
nis: q₂ cor non repletẜ cibo nec est timor
de oppilatione sicut in epate. In corde
autē cuȝ huiusmodi fri. debet poni de cō
fortantibꝰ cal. fiat ergo epithima sic. ℞.
aque ros.lib.ß.aque buglo.℥.iij. aceti.℥.
ß.sandalorum omnium ros.spodij añ.ʒ.ß.
croci been albi ₇ rub.a ·.℈.j.cāphore.℈.
ß.ligni al.℈.ß.potest etiā huic epithimati
addi de gariofilis.Et nota ꝙ poniẜ cro
cus ratione appropriationis medicina
rum ad cor laudat etiā Aui.administra
tionē balnei qđ debet esse cal. actualiter
₇ fri. virtualiter faciendo decoctionē ex
lactuca endi.₇ similibus. etiam per inte
rius administranẜ siru.infri.₇ aque ₇ cō
fectiones infri.vt zucharum ro.vio. dia
rodon ab.₇.d. cōi cōfectio triasan.iulep
vio.₇ ros.₇ acetositas citri maxime quā
do venit a multitudine cole. ₇ sic quat
tuor intētiones complenẜ. Si vero pue
nerit ꝑpter aliam cām.s. propter oppila
tiones sunt etiā quattuor intentiones ob
seruande.prima est debitum regimen. se
cūda digestio hu. tertia euacuatio.quar
ta carnalium ₇ viarum apertio.

¶ Prima ergo intētio compleẜ per regi
men qđ cause contrariaẜ.cuȝ ergo causa
oppilationis sit materia colerica grossa
vel fl'a.oportet vt regimen sit cal. aperi
tiuū ₇ subtiliatiuū:lȝ cōiuncta sit mate
ria cal.tñ nos intendimꝰ ad apertionē vt
supradictū est:₇ ideo sit cal. aliqualiter.

¶ Secunda intentio est digestio que fit
cum siru.incisiuis subtiliatiuis ₇ aperti
uis exhibēdo primo siru. de bisantijs cū
aceto. deinde siru. de duabus radi. po
stea illum de quinqꝫ exhibendo etiam de
mel.ros.etiā siru. de eupatorio in inten
tione digestionis cū aquis cico.lupulorū
fenicu.apij cuscute eupatorij.ista enim di
gerunt hu.grossos verbigratia. ℞.siru.
de bisan.℥.ß.mel.ros.℥.ß. aquarum feni
culi ₇ cico.añ.℥.j.ß.₇ quia isti siru. sunt
aperitiui ideo opȝ vt non inueniāt in sto
macho hu.multos q₂ facerēt eos ad epar
penetrare ₇ sic augereẜ oppilatio.₇ ideo
practici cōmuniter primo mundificāt sto
machū exhibendo cas.electe.ʒ x.vel dia
si.ʒ.ij.vel.℈.iiij.pillularum elefangina
rum ₇ sic postea digerere ₇ aperire vel si
est diues cum.℥.ij.manne electe.

¶ Tertia intentio est euacuatio in qua
oportet solutiua administrare que respi
ciant coleram grossam mixtā cū flegma
te ₇ primo in hac intentiōe laudaẜ aga.
quia curat egritudines quarū mater est
oppilatio.conuenit etiā reuba. in infusi.
dando.ʒ.ij.vel.iij.conuenit etiā reuba. et
agari.simul mixta verbigratia. ℞.reuba.
eli ₇ bene mundi.ʒ.iij.spice parum minu
tim incidantur ₇ infundantur in aquis
cico.vel endi.q.s.cui addatur vini albi.
odoriferi parum dimittantur in infus. p
horas x.vel.xij deinde fortis fiat expres
sio cui addatur agari.trocis.ʒ.ß.iulep vio
la.℥.ß.pro remotione mali saporis ₇ fiat
potio cum istis enim euacuamus mate
riam oppilantem.Euacuamus etiā cum
diafenicone cum elleboro indo cum hiera. s.
dando.℥.ß. cum.ʒ.ß.aga.trocis. Clisteria
autem multum laudantur:quia pertin
git virtus eorum ad intestina superiora:
₇ quia in hac egritudine vt plurimum
fit stipticitas ven.ideo oportet tenere ven.
lubricum.confert etiam flo . basilice vel
saluatelle maxime quando materia illa
est admixta san. que saluatella est inter
digitum paruum ₇ anularem :quia per
flo. agitantur humores ₇ sunt causa ꝙ
vbi prius ille humor qui erat firmus po
stea agitatur ₇ exoppilatur illa via que
prius erat oppilata.

¶ Quarta intentio est apertio viarū.con
ueniūt ergo primo siru.aperitiui ₇ aque
aperitiue vt siru.de bisan.de duabus de
quinqꝫ radi.cum aquis aperitiuis vt lu
pulorum cuscute feni.₇ aqua sparagi &
vȝ cum predictis siru .vȝ etiam famosa
decoctio quinqꝫ radicum.s. apij fenicu
li sparagi petrosilij brusci que sunt opti
me laudande deinde decoquende quo
usqꝫ medietas sit consumpta ₇ ita ma

ne exhibere. Nicolus flo. laudat aquam rasani ab Auic. cōmendatam & habetur secundo can. capitulo de rasano ꝙ curat icteritiam & aqua decoctionis foliorum rasani ea contundēdo & ex eis per quattuor dies exhibendo. ℥. iiij. de dicta decoctione vel etiam aqua distillationis ipsorum foliorum: quia erit gustui gratior. Secundum remediū positum a Nicolo sunt lūbrici terrestres exiccati quos Auicen. laudat remouendo icteritiaȝ citrinā & Nicolus recitat ꝙ istud remediū habebat p singulari magister Sugutius de scarparia & magister Petrus de latrinitate Papie tenebat hoc remediuȝ pro secreto maximo exhibendo cum vino albo sed non est opus dicere infirmo ne recusset assumere. erit etiā bonum eis aliquid admiscere de zucharo optimo vt malus sapor & abominabilis remoueatur. & eodem modo fiat in omnibus casibus in quibus exhibentur abominabilia sicut sepe fit in squinantia in qua exhibentur stercora. Ego autem de dicto puluere lūbricorum cuȝ siru. de bisan. facio componere pillulas & eas deaurare postea exhibere & die sequenti do serum caprinū. laudatur etiā ab Aui. in presenti capitulo stercus canis album comedentis ossa Tertiū remedium est capere decoctioneȝ prassij vel marubij & ponanť ista ad bulliendum cum vino albo subtili deinde dantur. ℥. iiij. in mane. diciť enim ꝙ omnem curat icteritiaȝ. Quartum remediū est decoctio cicerū rub. & radicum sparagorū bene eos bulliendo in aqua donec dissoluantur: de qua decoctione dantur. ℥. iiij. vt supra. vȝ etiam multū aqua lactis quam laudat Auicē. dicit enim si capiatur lac acetosum ponendo de semine cartami ꝙ tunc coagulabiť postea debemus remouere caseitatem: & tunc remanebit illa aquositas que multum aperit oppilationes vt verbigratia accipiantur lactis caprini lib. iij. que capra sit per aliquot dies nutrita herbis appropriatis aperitiuis vt feniculo apio petrosilio brusco lupulo eupatorio sparago &c. deinde ponať in ipso lacte ℳ. ʃ. cartami & dimittať sic per noctem & in mane extrahatur aquositas derelicta de qua detur patienti. Ultimū remediū compleť cum confectionibus primo exhibendo vt dialacā diacurcumā diacalmentū que confectiones sunt aperitiue & visuales dando a. ℨ. ij. vsꝙ ad. iiij. secundo cū troci. vt de reubarba. de eupatorio de rosꝰ qui omnes tro. sunt aperitiui & dabimꝰ. ℨ. j. Et quia hec egritudo est cronica oportet dare diuersas res siue diuersificare remedia vt in vna hebdomada dať supra scriptos tro. cum siru. digestiuis postea cū aquis aperitiuis postea vti electuarijs aperitiuis sicut ponit Rasis in littera. & hoc fit imitādo can. Auicen. quarta primi ꝙ in cronicis egritudinibus procedendum est cū diuersis & varijs remedijs: qr vna medicina operabitur sic in vno tempore ꝙ nō in alio. etiam ne natura assuescat vni medicamini. Citrinitas autem & cutis desedatio remouetur cum decoctionibꝰ aperitiuis & prouocatione vrine cum ablutionibus balneis siccis etiam humidis faciendo balnea resolutiua sicca sicut in stufa prouocando sudorem vt illa materia que est in cuti resoluatur. etiam fiunt balnea resolutiua humi. vt ex decoctione camomille mellilotí &c. etiam balnea aluminosa & nitrosa: quia dilatant poros. Conferunt etiam sternutationes: qr fit excussio & agitatio qua de re materia colerica exalat. Acetum etiam confert ol faciendo ipsum actualiter calidum: quia ille partes subtiles ascendunt ad caput postea reuerberando descendunt ad oculos & rarefaciunt poros oculorum deinde materia exalat. Et notaꝙ aqua rosa. solum inprincipio cōuenit & non quando facta est citrinitas. nulla enim frigi. cōpetunt: quia magis magisꝙ constiparent materiam ad intra oculos. Si vero est icteritia nigra cum eisdem curabitur intentionibus videlicet. primo cū regimine contrario colere nigre. secundo cū digestiuis ipsius hu. tertio cum euacuatione & remotione male complexionis & ista cura habita est in cura melancolie quare &c.

¶ Cura oppilationū epatis.

IN cura oppilationũ epatis
habẽde sunt quattuor inten
tiões loquẽdo de oppilatio-
ne pueniente a materia q̃ vt
plurimũ est grossa viscosa.
prima est debita regiminis administra-
tio. scd̃a digestio. tertia euacuatio. quar
ta viarũ epatis apertio.

¶ Prima intẽtio cõpletur euitando oĩa
cibaria grossa et viscosa vt de pasta azi
ma etiã assata vinũ grossum et dul. com-
petit ergo vinũ subtile albũ cappares ra
dices cico. apium feniculus petrosilium-
etc. nõ cõpetit somnus post cibũ maxime
diurnꝰ et diuturnus et ꝯsimiliter de alijs
rebus non naturalibus.


¶ Secũda intẽtio que est digestio cõple-
tur cũ incidentibus et subtilitantibus cõ
petit ergo oximel sim. mel rosa. et nõ pro
cedimus a principio cũ fortiter aperien-
tibus nisi purgato stomacho ne faciamꝰ
materias illas deriuare ad epar. exhibẽ
do ergo ante exhibitionẽ digestiui cassi-
am fistu. hieram sim. vel pillulas elefan-
ginas. procedimus postea cũ fortiter di-
gestiuis vt cũ melle rosa. exhibẽdo siru.
de bisan. de duabꝰ radi. vel de quinq̧ cuz
aqua feniculi cuscute sparagorum. habe
mus etiam sirup. de eupatorio et alios si
rupos.

¶ Tertia intentio est eũo que cõpletur cũ
eũantibus vt cũ flo. vbi materia esset san
guinea vel. san. coniuncta ſm Seh. fiat
hec flo. a basilica que eũat ab epate. ideo
Mattheus gradi tenet contra Sen. ꝙ
in omni materia oppilationis epis con-
uenit flo. et legit litteram Aui. copulati-
ue et nõ disiunctiue sicut facit Sen. dicit
ꝙ ideo competit flo. quia per hãc eũan-
do san. ab epe agitantur alie materie in
ipso contente et oppilantes que agitate
redduntur faciliores ad eũandũ et tu vi-
de. Si vero materia est flegmatica con-
uenit diafenicon electuariũ indũ exhibẽ
do vsq̧ ad. ʒ. iiij. cum. d. radicũ sparagi fe
niculi brusci petrosilij apij et similiũ. cõ-
petit etiã agar. tro. a. ʒ. ſ. ꝰ. et hoc in sub-
stantia. sed in hoc casu melius est dare in
infusione dimittendo per horas. x. ponẽ
do secũ parũ salisgẽme qr vigorat virtu-
tem agarici infundẽdo in aquis feniculi
et similium cõpetit etiã reubar. in infusio
ne dando. ʒ. ij. vel. iij. infundẽdo in aqua
apij vel feniculi. q. s. cui addat vini albi
odoriferi parũ dimittat in infusione cui
addimus. ʒ. ſ. diafeniconis vel agari. et
fiat potio. valent etiã pillule de reubar. et
si timeremus eius calefactionem in mate
ria cali. admiscemus confectionem dia-
rodon ad remittendũ caliditatẽ quibus
pillulis vtebatur dux Fran. qui passus
est debilitatẽ epis postea deuenit ad hi-
dropisim tñ liberatus est. ista competunt
etiam in materia mixta ex flegmate et co
lera que quidem sit facta grossa.

¶ Quarta intẽtio que est apertio viaruz
prius tamen facta eũatione cõpletur cuz
aperientibus et si materie declinãt ad fri
gi. vel ad cal. diuersimode pcedimus in
declinatione ad cal. cõpetit endi. tã hor-
tulana q̃ campestris. etiam cicorea siue
tarasacon quã multi pro eodem capiunt
Nicolus tamen in aliquibus receptis
ambo ponit. ideo videt differentia et cre
ditur illaz esse verã cicoreã que habet flo
rem celestinũ illã vero tarasacon que hz
florem croceũ et a vulgo dens leonis di-
citur. Et no. ꝙ Nicolus in hoc. c. descri
bit sirup. de cicorea proficui iuuamenti
sed solum est pro diuitibus qr in eo ingre
ditur multũ reubarbari. Commendatur
etiam ab Aui. aqua plan. facta ex folijs
et radicibus suis licet aliqui vituperent
folia dicendo ꝙ sint stip. vz cum aqua or
dei. similiter quinq̧ semina cõmunia fri-
gida vel eorũ decoctio. vbi feb. coniungẽ
tur possunt ista administrari. cõpetit etiã
reubar. quia est multũ epis confortatiuũ
et dicit Aristo. in libro ad Alex. ꝙ est vita
epis seu anima Quãdo vero cõplicatur
vtraq̧ materia. s. cal. et frigi. et cõpetunt
res temperate aperitiue sicut sunt lupuli
capillusuene. liquiritia passule etc. res ca
lide sunt feniculus apium bruscus spara
gus cappares. competit etiaz sirupus de
bisan. de duabus et de quinq̧ radi. de eu
patorio. vz etiã decoc. rad. exhibẽdo quã
titatẽ ℥. vj. cõuenit etiã dec. de prassio cũ
vino dialacca diacurcuma dãdo. ʒ. ſ. cum
aqua feniculi vel sparagi in mane. valẽt
etiam tro. de reub. et multum laudantur
et vbi complicaretur maxima caliditas

exbiberemus cum istis aliquãtulum de
speciebus diarodon simul. competunt
etiam tro. de ro. ⁊ eupatorio in materia
mixta. ⁊ isti tro. describuntur a Mes. Si
vero oppilatio pueniat ab angustia vel
tortuositate venarum epatis vtimur re-
gimine preseruatiuo dando subtiliatiua
⁊ aperitiua. Si a debilitate epatis dicetur
capitulo suo quare ⁊c.

¶ Cura hidropisis asclitis.



Cura hidropisis asclitis com-
pletur duplici regimine scili-
cet sex rerum non naturaliũ
⁊ regimine medicinalium.
Et primo in regimine sex re-
rum non naturalium omnes conueniunt
auctores ꝙ debet declinare ad cal. ⁊ sic-
cum: quia causa asclitis est frigida ⁊ hu-
mida: quia aquositas in ventre conten-
ta. ⁊ sic oportet vt regimen sit siccum ad
remouendum talem humiditatem. ⁊ licet
aliquando sit ex mala complexione cal.
tamen tandem illa ducit epar ad infrigi-
dationẽ priuatiue propter magnã reso-
lutionẽ spirituũ ⁊ debilitatẽ. causa tamẽ
coniuncta semp est fri. ⁊ hu. quia aquosi-
tas. potest tamẽ causa remota esse cali. ⁊
sicca ſm diuersitatem causarum procedi-
mus qꝛ si illa causa inducat frigiditatem
positiuã ita ꝙ talis causa sit frigi. tunc
magis calefaciemus. si autem a frigidi-
tate priuatiua nõ ita frigidis vtemur. Ab
aere ergo incipiendo phibeamus infir-
mũ habitare in locis frigidis terrenis ⁊
humi. vel cauernosis: sed eligatur aer
calidus ⁊ sic. ⁊ si naturaliter nõ habeat
preparemus ipsum ad illam cõplexionẽ
cum odoribus bonis ⁊ aromatibus suf-
fumigationibus ⁊ alijs ⁊ respectu cibi ⁊
potus si virtus tolleret debet vti subtili
dieta vt calor conuertatur ad resoluendũ
materiam aquosam. Cibaria etiam pre-
parẽtur cum pipere gal. ⁊ alijs rebus ca-
lefacientibus. aqua est dimittenda. dicit
enim Auicen. ꝙ non solum prohibeatur
aque potus sed etiam eius aspectus ſm
suam opinionem. ⁊ hoc est quia non ab-
soluuntur a siti clamosa ⁊ videndo aquã
incitantur ad potum. Vinũ etiã ſm Aui.
non debet exbiberi in causa cali. Intelli-
git tamen de vino vinoso ⁊ potenti. dabi-
mus ergo vinũ album subtile ⁊ sit pauce
quãtitatis declinandum est etiam ad ex-
ercitiũ magis ꝙ̃ ad quietẽ etiã magis vi-
gilare ꝙ̃ dormire ⁊ ita in alijs ad res ca-
lefacientes declinare.

¶ Secundũ regimẽ principale qđ est cir-
ca medicinalia ꝯsistit in duabus genera-
libus intentionibus. vna vertitur ad cau-
sam coniunctã eam remouendo. alia ver-
titur ad malam dispositionem epatis que
fuit cã hidropisis ⁊ aquositatis qꝛ fru-
stra laboraremus nisi remoueremus ma-
lam complexionem epatis quia cito redi-
ret aquositas.

¶ In prima intentione procedimus cum
diuersis ingenijs primo cum euacuati-
uis. secundo cum diureticis tertio cũ his
que insensibiliter euaporare faciũt resol-
uendo aquasitatẽ ⁊ ista applicantur ali-
quando in forma sacculorum balneorum
fomentationũ vnctionũ emplastrorum ⁊
vltimo si ista non sufficiunt ad incisionẽ
deuenire oportet. Solutiua autẽ multa
ab auctoribus ponunẽ sed solum hic po-
nentur vsualiora conuenientiora ⁊ excel-
lentiora. Euacuatiua ergo aquositatis
maxime leuia ⁊ debilia sunt sicut serum
caprinũ siue aqua lactis aperit enim op-
pilationẽ ⁊ educit aquositatem. Reubar-
barum etiã educit aquositatem ⁊ cũ hoc
cõfortat epar. Agaricus etiã ꝯmendatur
ab auctoribus si detur. ʒ. ſ. vel. ʒ. j. ß. ⁊ nõ
nocet epati sicut dicit Auicen. in capitu-
lo debilitatis epatis. Aqua chacbile etiã
valet vbi Gen. nihil dicit de littera Aui.
in hoc loco licet sit corrupta vbi eũatiua
cõmemorãdo ponit cardamomũ ⁊ aquã
eius tñ nõ inuenitur ab aliquo auctore
qđ sit solutiuũ: sed Gen. in vno suo cõsi-
lio de cura hidropisis asclitis a causa ca-
lida dicit ꝙ predicta littera Aui. est cor-
rupta ⁊ causa est qꝛ apud arabes haben-
tur hec nomina chacbile chacbole: ⁊
ideo propter eorum conformitatem erra-
uit Gerar. cremonensis qui transduxit.
nam chacbole significat cardamomum.

ebacbile vero et soldanella vel saldanella que habet mirabilem pprietatem educendi aquositatem de qua etiam mulieres faciunt aquã ad delendas maculas faciei de qua ebacbile facit Serapio capitulũ in littera. C. et laudat eã maxime succum eius educit enim aquositatem citrinã sine difficultate. Alia pprietas quã habet est q confortat epar a tota specie: et tota cura in his duobus consistit. Rasis etiã septimo continentis: et Nicolus flo. laudant maxime eam: et exhibet de ea seu succo eius vsq ad.3.iij.vel.hiij .s.

¶ Nota tamen q in vno Nicolo impresso deest de hac herba. vbi est istud dicenz scilicet est herba quedã que nascit apud cornetum quã incole appellant soldanã que mirabiliter educit aquositatez et soluit sine molestia Ponit autem Aui.ca. in administratione horum solutiuorum q nos nõ debem' euacuare cum his que nocent epati. sed si non possumus aliter facere saltem debemus confortare ipsuz epar post solutionem. Item mirabolani citrini dicit Aui. in hidropisi cali. similiter serapinum quod est gũmi quoddã in frigidatiuã videlicet. de quo Mesue facit capitulum et est forti' q ebacbile vel agaricus et quandoq tamen oportet trãsire vsq ad serapinum quod est fortius. Mesue dat moduz conficiendi pillulas de serapino et possumus dare vsq ad.3. j.s. et sunt vsuales et tenentur confecte. valet etiam ad soluendum succus radicis hireos qð oritur in locis siccis et silurestribus et ideo debet capi agreste quia est fortioris resolutionis hireos vero hortulanuz viliter operatur. lauantur enim radices et conteruntur. et oportet q succus talis faciat residentiam: postea aqua supernatans facit ad solutionẽ. et de eo dicit Gordonius q sanat eos qui sunt possibiles sanari. Et Nicolus floren. recitat de hoc multas historias dãdo singulis quattuor vel sex diebus de succo hireos et in intermediis diebus dando de succo prassij vel aque eius ad confortandum epar et ita exhibere aquaz cuscute vel absynthij: Gordonius dat quantum in media testa oui potest contineri. potest etiam dari et ita est in communi practica vsq ad 3.s. incipiendo primo a minori dosi vt a 3.ij. vel. iij. vsq ad conuenientem dosim. Est alius cas. q euacuationes fiant sepe et non copiose vt natura possit refici et restaurari: qz in vna euacuatione nõ posset tolerare. Si indigemus fortioib' solutiuis habemus mezereon que laureola dicitur velles terre vel faciens viduas et fiunt pillule ex eo electuarium quod facit Mesue et fuerunt date de hoc.3.ij. duci Francisco sfortie et fecerunt ei maximã angustiam: ideo si possumus ista vitare melius est qz nocent epati Aliud forte e electuarium de quo possumus dare cociear vnum q electuariũ est succus cucumeris asinini exiccat': de quo dicit. Plinius q conseruatur centum annis et q nullum est solutiuũ qð tanto tempore cõseruetur possumus etiam dare de euforbio vsq ad grana. 8. valent etiam pillule de euforbio. et aromatarius de la ferenella. Papie dat vnam paruã pillulam in cura quartane et doloris iuncturaruz a causa frigi. et mirabiliter soluit et nimirum verum exhibere mediocria solutiua et frequenter melius est. stemus ergo in minoribus exhibendo de agar. reubarbaro soldanella hireos sepius intermittendo confortantia epar interiectis diebus vt supradictum est. Flobo. vero e maxime cauenda naz in capitulo de cacexia dicit Aui. q non oz sanguis euacuari et dicit et vitet eã ois hydropic': ergo in hidropisi nõ est fleda qz est prior dispositio qz epar infrigidat et tãto magis aquositatem generat. Duo tamen sunt casus in quib' licitum est flobotomare. Primus est si pueniat hidropisis propter retẽtionem menstruorum. Secũdus si propter retentionem emoroidarum ita q natura non sit potens has superfluitates euacuare. regurgitãt enim ad epar: et ita eum inficiunt vnde pro euacuatione illarum cõuenit flo. et in cura timpanitis. dicit Auicen. debet cauere quisq ne decipiatur sicut medicus qui videns vrinam rub. et credit talem rubedinem prouenire ex cã calida et erat ex debilitate sequestratiue epatis. vbi vero hidropisis fiat propter apostema' epatis. pro eius cura recurratur ad curam apostematis epatis.

Remouetur etiam hec dispositio procedendo cū diureticis aperitiuis interuenīente euacuationem et aliam dando sirupos aperitiuos videlicet sirup. de bisan. de duabus et de quinqȝ radi. cum aquis ab synthij prassij cuscute feniculi. Et Nicolus laudat vnā decoctionē prassij qui prouocat vrinā. Curamus etiā cū his que insensibiliter resoluāt vt ponēdo infirmuȝ sub sole et cooperiēdo omnia mēbra preter ventrē ita q radij solis solum ven. tāgant etiam cum arena cali. ven. in ipsa sepeliendo. etiaȝ capiatur tabula in qua sit foramen amplum ita vt totus venter ingredi possit. ventre vero existente in dicto foramine capiatur aqua et res calide exiccantes vt saluia maiorana rosmarinus pulegium camomilla anetum origanum sticados folia lauri cuȝ sale alumine et sulfure et capiatur media situla vini et media lixiuij et omnia simul decoquantur deinde ponatur lintheamen circa tabulam et corpus ne vapor ille egrediatur et ex ista decoctione vaporetur. rarefaciet enim poros et subtiliabit materiam et eam resoluet. et cum incipit infrigidari dicta decoctio imponantur lapides igniti ad intra vt iterum calefiat et euaporet possumus etiam applicare sacculos ventri plenos arena sulfure et sale et alumine. Cōmune etiam remediū est balneare ven. ex vrina infantis colerici et supra vētrem spargere pulueres exiccatiuos: vt de semine anisi et de stercore caprino. inungendo etiam cum oleis vt aneti et lilij cōueniunt etiam emplastra vt de stercore vaccino actualiter cal. singulare etiā est emplastrum de granis lauri qđ ponitur a Mesue et est in forma ceroti vt. s. ponatur supra ventreȝ. valet etiam vnguentum agrippa Nicolai. etiā limatie cum testa conterantur et reducantur in forma emplastri et applicentur supra ventrem: et dimittantur quousqȝ cadant per se. Ultimo loco aliquando est deueniendū ad incisionem. de qua tamen incisione testātur omnes auctores paucos euadere. et de qua Conciliator differentiā facit. et Senti. tangit eandem difficultatem sub hoc titulo. Dubitatur pp̄ter presumptuosos. et ponit tres conditiones requisitas que obseruande sunt ad hoc vt debita fiat incisio. Prima q corpus sit robustum. Secunda q sit eger iuuenis quia si in ifantia vel senectute esset non conueniret. Tertia q cura sit tēperata p alias vias et est fienda eleuādo mirach in . arte superiori et sub vmbilico declinās ad dextrum. si sit propter epar et ad sinistrū si sit pp̄ter spleneȝ et immittatur canula et paulatine dimittatur exire aqua. In diebus vero intermedijs in quibus fit extractio dicte aque vel si in die ter vel quater extrahatur de dicta aqua interea in spacijs intermedijs oportebit cuȝ bonis cibis confortare et bonis confectionib9. postea extracta dicta aqua dimittatur pellis et ligetur cum fascia. Cōfectiones vero q̄s dam9 dieb9 intermedijs sunt vt dialacca dādo. ℥. ij. i mane diacurcuma quā laudat Auicen. in p̄senti capitulo dicēs q est species ad omnes species hidropisis cum aqua endi. cuscute absyn. Ubi vero prouentat a mala complexiōe cali. refrangimus cum confectionib9 triasandalorum diarodon abba. reubarbarum in confortando maxime valet etiā tro. de reubar. descripti a Mes. quos etiam laudat Joan. mattheus gradi mirabiliter valent dando singula hebdomada bis. ℥. ij. sic factum fuit duci Frācisco sfortie. vȝ etiā epar adip. et alia que a propterate respiciunt epar etiā electuarium de vino. et in cā cal. vȝ siru. de bisan. in causa vero frig. siru. de absyntbio cuȝ aqua cuscute prassij et euaporatorij: quare etc.

Cura hidropisis hiposarce.



In ista cura duplici indigemus regimine. s. 6. rerū non naturalium et regimine medicinalium. regimē. 6. reruȝ non naturaliū sicut dictum est supra dȝ esse cal. et sic. ex quo causa est fri. et hu. s. san. flegmaticus q̄ nō potuit conuerti a membris. Aer non sit fri. pluuiosus nec nebulosus. habitatio non sit hu. dicta sit subtilis si virtus tolleret. et ideo dicebat Aui. q sufficit semel comedere: et hoc in cura hidropisis ascitis. et Rasis in presenti cap. Cibaria sint talia

q ex eis nō generet materia flegmatica. et ideo non debent esse fri. et hu. et sint ea que generent san. bonum et subtilē. et sint etiam facilis digestionis vt vinū carnes bone oua sorbilia. et Nicolus recitat de vno qui comedebat alaudas quod non credo impletas cum petrosilio cū pane biscocto et modico vini subtilis et in sero cum pane puro infuso in vino et asperso cum puluere quē describit sic. Re. cinnamomi electi. ℥. s. gario. galāge macis ani si amomi lacce lote añ. ʒ. v. in nocte stabat sine potu et sic curatus est. et tu vide Nicolum. Utatur exercitio si fuerit fortis et si debilis faciat se supinuʒ portare et si fuerit virtus fortis bonum est q deambulet per loca arenosa et sit continue qui abstergat sudorem: quia per exercitium partes ille subtiliantur. et ita talis materia aquosa resoluitur. cōuenit etiā magis vigilia q̄ somnus: conueniunt et accidentia excantia.

¶ Secundum regimen scilicet medicinalē duas habet intentiones. Prima vertitur ad materiā que est cā coniuncta vt illa remoueatur. Secūda vertit ad malam dispositionem epatis: qr oportet ipsum bene disponere: qr iterum aggregaretur materia. Prima intentio que est remotio cause coniuncte completur cū diuersis ingenijs. primo cum medicinis solutiuis sed prius digerendo materiā illā tamen digestio in ascite non sic requiritur: quia a materia aquosa labili et fluxibili prouenit. digerimus enim cum sirupis de quibus dictū est supra. scilicet cum melle ros. oximelle. s. cū siru. de duabus et de quinq radici. cū aqua absyn. cuscute feniculi continuando quinq vel sex diebus. Circa euacuationem autem quidam cañ. sunt obseruandi. et Auicē. remittit se ad curaʒ hidropisis ascitis. Primus cañ. est q nō debemus euacuare cum his que nocent epati: quia epar tunc est multum debilitatum. et ideo elle borus coloquintida et similia sunt vitanda si possumus habere alia. Secundus cañ. est q in intermedijs dieb' debem' administrare ea que confortant et remouent nocumentum impressum in epate per medicinas solutiuas. Tertius cañ. est q non debemus esse contēti vna sola euacuatione eo q hec egritudo est cronica. et ideo Aui. in cura cacesse dicit. Nō dimittas materiam figi nec retineri. ideo frequenter euacuamus. idem etiam dicit in presenti cura. Euacuamus ergo cū solutiuis. et primo cum hiera. s. Gal. cuius hiere laudes habemus in capi. de egritudinibus stomachi. et in cura cacesse dicit Ipsa enim euacuat superfluitates dimittendo humiditates innatas de qua dabimus circa quantitatem. ℥. s. etiam possumus admiscere cuʒ hiera. s. de agari. vt capiendo hiere. ℥. s. agari. trocisca. ʒ. s et agaricus est cōmendatus in capitulo debilitatis epatis. et pillule de reubar. et iste sunt vltime. laudantur enim in capitulo de cura hidropisis hiposarce et euacuant humorem flegmaticum cōfortando epar. Et dicit Nicolus de mente Gui. q multos curauit exhibendo. ʒ. ij. dictarum pillularū de quattuor in quattuor diebus et quia aliquando iste materie putrefiunt et in coleram conuertunt: ideo reubarba. conuenit. conuenit etiam electuariū diasenicon et electuariū indū verum vt in pluribus practici dimittunt scamoneata: qr epati nocent. vel saltē postea confortamus epar vbi sit necessariū exhibere huiusmodi scamoneata. Si vo volum' exhibere reubar. et agari. simul sic cōponemus. Re. reubar. et agari. trocī. añ. ℈. ij. et fiant ex eis pillule quinq quas sumat. et ita singula hebdomoda capiat dictas quinq pillulas. et sic vtor ego in practica et sic nō debemus dimittere materiā figi sed singula hebdomoda euacuare. Alius cañ. Auic. est q quādo euacuamus debemus cauere ne euacuemus coleraʒ: quia aquositati resistit vt in hiposarca: quia materia est flegmatica et colera est frenum flegmatis saluo si cū dicta hidropisi complicaretur feb. colerica vel pleuresis: quia tunc ratione illius possemus euacuare colerā. et quando cum hidropisi complicatur feb. in digestiuis et alijs debemus admiscere frig. cum cali. quia natura dirigit vnūquodq applicando egritudini cui contraria

tur sicut dicit Hippo. In libro epidimiarum. et Aui. prima quarti. c. de emitriteo de flo. dicit Auicē. quod est minus timorosa in hac specie et in timpanite quam in asclite: licet in omnibus speciebus sit vitāda. ratio est duplex. Prima quia virtus est fortior in hiposarca vt dictū est eo qui deterior est asclites. deinde timpanites. postea hiposarca. Secunda est quia materia hiposarcā faciens in venis magis cōtinetur et illa que facit timpanitē et asclitem continetur in ventre et in eius concauitatibus: et sic quia hiposarce materia est in venis si faceremus flo. euacuarem⁹ de materia faciente hiposarcam vt dicit Aui. Quod si materia proueniat ex retētione sang. menstrui vel emoroidarum quod tunc audacius possumus flobotomare. vtimur etiam diureticis. scilicet siru. de coctionibus et alijs vt sirupo de bisan. de duabus et de quinque radicibus. etiam ex decoctione radicum sparagi brusci et petrosilij. Item cum succo vel decoctione prassij sicut dictum est de mente Nicoli pro pauperibus. Aqua etiam andachoche que est species trifolij etiā aqua lactis. et aliqui laudauerūt cantarides sed Auicēne nō placent: quia sunt ventose. Per exterius applicata. Primo est stare sub sole tempore cali. et stare capite cooperto ab Auicē. laudatur quia resoluit materiā illam circa partes cutaneas existentem. vt etiam sepultura in arena vt dicit Nicolus. cinis etiam cal. est singularissim⁹ applicatus circa partes inflatas. etiā introitus balnei sicci tempore vacuitatis stomachi est enim causa quod talis materia exiccatur. et si non habeatur stufa artificialiter fiat vel fiat balneum cum reb⁹ exiccantibus vt cū aneto origano abrotano salsia roremarino folijs lauri et alijs ponendo infirmum super asserem extensum et cooperiatur cum lintheamine sicut supra dictum est. Conueniunt etiā balnea naturalia vel artificialia salsa aluminosa sulfurea et nitrosa. laudat et Aui. quod huiusmodi infirmi ponantur in clibano quando panis est extractus et ponantur super tabulam intra clibanū capite tamen ad extra existenti ne suffocetur aere clibani calido.

Secunda intentio rerū medicinalium est ad remouendum causam que fuit cā huius materie. i. oportet vt eradicemus malam dispositionem epatis circa quā oportet considerare que sit causa huius male dispositionis an oppilatio an apostema an mala cōplexio. Et si fuerit apostema cura eius erit cura apostematis. Similiter si oppillatio. Et si fuerit mala complexio seu debilitas epatis remouemus diuersimode sm diuersitatem cause videlicet si fuerit causa frigi. confortabimus epar ad cali. dādo de electuario diacurcume. ℥. ij. cū aqua absyn. et cuscute. dabimus etiam confectionem dialacce vel reubar. vel epar adip. absyn. vel eupatorium. Si vero fuerit causa cali. conueniunt vt siru. de bisan. de endi. de cico. cōfectio diarodon ab. et triasan. cōfectio diarodon. d. cōi. Et si timeremus esia cali. contēperabim⁹ cū alio esio fri. vt speciebus diarodon abb. et similibus confortando. etiā dialacca et diacurcuma cū dictis spēbus valent. Auctor aūt libri qui rosa anglica appellatur ponit vnum esm quod appellatur esm de cucube. laudes eius ab eo vide. ponitur et hoc idē electuariū a Jo. mathheo gradi de mente Thesauri pauperum qui liber quasi idē est cū rosa anglica. dicit Matheus gradi quod nullum fuit excellentius remedium quam tro. de reubarba. admiscēdo secum de speciebus diarodon abba. et hoc si timeremus caliditatem reubar. et hoc factum fuit in principe Forlia qui ab huiusmodi egritudine curatus fuit: quare etc.

Cura hidropisis timpanitis.



Abens hanc egritudinem pro cura eius dz vitare generantia ventositatem et debet vti eis que eam resoluunt: sō eedem intentiones sunt obseruande sicut in predictis. prima est administratio regiminis quod debet esse calidum et sic. secunda ad materiam coniunctam

conuertitur. et primo ad resoluendum eam secundo ad remouendum malam dispositionem epatis.

¶ In prima intentione exhibent solutiua non solum que euacuant ventositatem sed et aquositatem: quia ventositati coniungitur aquositas que fouet dictam ventositatem. Solutiua satis dicta sunt ad resoluendum ventositatem. etiam fiat sicut dicit Rasis sacculus ex milio panico sulfure sale et cinere cal. et ponere supra ventrem vt dicit Nicolus. Item decoctio ex lixiuio vino albo camomilla origano calamento et alijs dictis resoluentibus et faciendo decoctionem cum spongia vel vesica vel panno apponendo sepe et sepius. ventose etiam sicce posite supra ventrem valent multum et laudantur a Rasi. Item diagalanga diaciminum diamuscus oleum de baccis lauri galanga ciminum de quibus supra dictum est. Jo. arcu. dicit esse singularissimum remedium oleum de baccis lauri ponendo in clisteribus. ʒ. iij. quia sit propinquum loco in quo continetur materia et sic fit resolutio ventositatis. commendatur etiam ad candem intentionem exercitium tempore manitionis sustinere famem et sitim. Item collyria resolutiua et clisteria carminatiua sunt multum vtilia vt verbi gratia. ℞. camomille melliloti aneti ana. ℳ. j. seminis anisi cimini ana. ʒ. ij. bulliant in sufficienti quantitate aque et fiat decoctio de qua capiatur lib. j. olei de baccis lauri. ʒ. ij. biere. s. ʒ. ß. olei camomille vel aneti. ʒ. iij. misc. et fiat clistere. Fiant etiam suppositoria resolutiua ventositatis vt ℞. foliorum rute mediocriter exiccatorum cimini anisi feni. ana. ʒ. j. subtiliter puluerizentur et incorporentur in sufficienti quantitate mellis cocti. et fiant suppositoria conuenit etiam secundum Rasim fortis fricatio ven. cum panno cal. vt porositates bene aperiantur et ventositas resoluatur.

¶ Secunda intentio est remouere malam dispositionem epatis et confortare ipsum considerando causam eius de quibus sepe supra dictum est. Et no. quod splenetici hidropisis plerumque abinuicem non absoluuntur sed sepenumero complicantur etc.

¶ Cura doloris splenetici.



Cura huius egritudinis diuersificatur secundum cause diuersitates incipiendo a causa cali. oportet considerare naturam doloris splenetici. Si. n. fuerit mala complexio cal. sufficit alteratio et regimen contrarium et abscissio cause: ideo oportet alterare causam calefacientem et ordinare regimen contrarium tam cum interius applicatis quam exterius. et ita de qualibet mala complexione dicendum semper ordinando regimen contrarium. Si vero fuerit mala complexio dependens a materia humorali sicut plurimum contingit tres intentiones sunt obseruande supposito debito regimine de quo abunde multotiens dictum est. prima est digestio. secunda euacuatio. tertia resolutio et remotio male complexionis.

¶ Prima intentio completur cum siru po acetoso vio. de endi. cum aquis appropriatis sin. cico. endi. violarum acetose etc.

¶ Secunda intentio completur cum reubar. pillulis aureis aggregatiuis diaprunis. s. electuario succi rosa. etc.

¶ Tertia intentio completur cum debilibus resolutiuis quia matera est cali. et si tota est eradicata remouebimus malam complexionem et confortabimus cum predictis siru. etiam cum aquis zucharo rosa. violato triasan. diarodon abba. et d. communi. Per exterius vero inungendo cum oleo ros. violato: etiam epithimetur splen. cum aqua ro. plan. et alijs infrigidantibus permiscendo puluerem rosa. Si vero sit humor flegmaticus oportet primo digerere ipsum flegma cum his que sepius dicta sunt. Sed oportet notare cam. quod medicine digestiue debent esse vigoratiores et fortiores quam in egritudinibus epatis: quia materie contente in splene multum distant a vijs ductuum: ideo medicine non possunt ita ad splenem penetrare propter earum grossitiem. ideo oportet semper in eisdem medicinis admiscere acetum. et in causa cal. siru. ace. est conueniens. et in causa fri. oximel. s. vel compositum vel squiliticum cum melle ro. etiam cum siru. de duabus et de quinque radi ci. Secundo vero intentio complet cum aga. quod

singularissimus et habet cum esse proprietatem etiam cum splene etiam cum hiera. Gal. diasenicone et aliis. Remotio vero male complexionis fri. complet cum interius applicatis vt dando diamusc. dul. vel amarum electuarium de baccis lauri aromaticum rosa. tiriacam et c. Per exterius vero inungendo cum oleo de spica de ruta de capparibus: et ista sunt vsualia quibus practici communiter vtunt. Si vero sit materia ventosa oportet considerare si habeat causam fouentem sicut plurimum contingit quia tunc necesse est illam digerere et euacuare postea ventositatem resoluere. Per interius conuenit diaciminum electuarium de baccis lauri diamuscus dul. de quibus dicetur infra. Per exterius conueniunt fomentationes ex rebus resolutiuis vt aneto ruta pulegio calamento semine anisi cimini et c. et facta decoctione cum spongiis vel vesica applicamus postea inungimus locum cum oleo de capparibus de ruta de aneto. sed dicit Auic. in c. de inflatione splenis. quod medicine egritudinum splenis debent habere virtutem resolutiuam aperitiuam et abstersiuam postea dicit quod in apatibus competunt magis roso. quam stip. et in resolutione ventositatis magis stip. quam reso. qui tex. videtur dubius quia ad resol. ventositatis magis conueniunt carminatiua ventositatis. Genti. dat duas expositiones vide eum. Si vero causa sit apa et sit cal. quod raro contingit vel fit a materia colerica vel flegmatica vel melancolica vel sanguinea in princi. diuertimus et euacuamus. si fit a materia sanguinea vel sanguini mixta debet fieri flo. basilice dextre. si propter retentionem menstruorum debet fieri flo. de saphena. postea debemus repercutere cum oleis et aquis fri. supradictis vt inungere cum oleo ro. vio. et c. et epithimamus cum aqua ro. plan. et c. Et quando non amplius fluit de materia facimus flo. de saluatella de qua fecit mentionem Rasis que est inter digitum annularem et auricularem et est ramus basilice. In augmento permiscere resolutiua cum stip. et etiam semper debent admisceri aliqua que prohibeant duritiem splenis quia facillime indurat. In statu vero resoluimus cum camomilla radice altee farine seminis lini et fenugreci. sed cauendum est ne induremus vt prediximus et cum istis facimus emplastra admiscendo de oleo amig. dul. de capparibus et c. Ultimo in declinatione consumpta materia confortamus locum cum oleo masticino ro. et c. Si vero sit apa durum et hoc est quasi semper in egritudinibus splenis quia hec durities prouenit propter materiam melancolicam induratam vel apa induratum. In cura eius sunt tres intentiones. prima est digestio melancolici hu. secunda euacuatio. tertia mollificatio et resolutio.

¶ In prima intentione digerimus cum siru. de thimo de epithimo de fumoterre de pomis permiscendo semper aliquid incisiuum vt siru. acetosum vel oximel simp. compositum vel squilliticum vt. Re. siru. de epithimo. ℥.j. siru. aceto. simp. ℥. s. cum aquis appropriatis inter quas est aqua scolopendrie maxime spleni appropriata vt dicit Auic. secundo can. dicit etiam in capitulo de cura splenis quod si detur quattuor diebus de decoctione oximellis in qua sit decocta scolopendria delet splenem. valet etiam aqua fumiterre et aqua thamarisci quia thamariscus respicit splenem a proprietate. quidam vtunt vino infusionis thamarisci vel tenendo thamariscum in vino quando bibunt vel imponunt in vasibus vbi sit vinum. cortices etiam radicum capparorum laudantur ab Auic. etiam laudatur ab eo portulaca a proprietate.

¶ Secunda intentio est euacuatio que completur cum confectione amech Mes. cum mirabolanis indis cum epithimo vt sumendo de epithimo. ʒ. ß. cum. ʒ. j. oximel. multum valet vt dicit Auicen. Item valent pillule inde pillule de fumoterre de lapide lazuli dando a. ʒ. j. vsque ad. ℈. iiij. et debent iterari iste euacuationes quia iste humor est durus et non potest faciliter in vna euacuatione euacuari.

¶ Tertia intentio que est mollificatio et resolutio complet cum his que habent mollificare et resoluere de quibus sunt quedam que laudat Sordonius vt est vnguentum factum ex medulla crurium cerui vel vitulorum cum adipe galline. assungia oleo amigda. dul. valet etiam vnguentum de meliloto etiam isopi cerotum et cum

istis possumus miscere ea que a ppietate valent. Est etiam vnū singulare quod cōmendat Aui. et est in cōmuni practica scilicet gummi armoniacū dissoluendo in aceto squillitico miscendo cū oleo de capparibus aut amigda. dul. et vt confidas in eo fuit secretū Joā. giringelli. Est etiam vnū singulare in resoluendo et mollificando materias splenis videlicet accipendo radicem ciclaminis siue panis porcini qd idem est dissoluendo cum aliquo oleo appropriato et est multū vsuale in partibus romanis et neapolitanis; et hāc egritudinē lōgo tēpore passus est princeps Robertus seuerin' quē empericus quidā cum hac radice sanauit fiat itaqꝫ ex radice ista vnguentum cum oleo et super splenē ponatur et ordinatur sic hoc vnguentū. Re. succi panis porcini vel radicis eius succi senationis olei cōmunis aā. lib. j. olei amigda. dul. ℥. j. vel olei spice et seminum portulace aā. q. s. cere parum et fiat vnguentū. Giringellus habebat hoc remedium pro secreto s. Re. florum genestre scolopendrie foliorū salicis thamarisci radicum capparorū aā. M. bulliant in sufficienti quātitate aque de inde capiatur vesica in qua positum sit butirum liquefactum: deinde ponaf hec vesica in vase in quo sit illa aqua calida et ingenietur vt stet submersa in aqua donec butirum liquefiat: deinde accipiatur de butiro illo quod participat virtute illorū simplicium et ex illo vngatur regio splenis. accipiatur etiam vesica talis illa decoctione plena et ponatur super splenem quare rc.

Cura colice.



In cura doloris colici seruabitur ordo Aui. primo ponēdo quosdam caū. generales postea ponendo distinctam curam ſm causas.

Quātū aūt ad curā generalē pmo opꝫ aduerterevt nō differat cura colice qꝛ co lica est dolor intēſiſſimus cito virtutis prostratiuus: ideo cito a principio est cū varijs remedijs et ingenijs succurrēdū. Secundus caū. est qꝫ in cis in quibus danf inducie primo exbibeamus clisteria deinde solutiua per superius: nō ergo primo exbibeamus medicinas solutiuas p os: qꝛ talis medicina attraberet multas materias ad intestina: et tunc humores per partem inferiorē nō poterūt egredi: et nō potētes egredi regurgitabūt ad mēbra pncipalia. Terti' caū. ē qꝫ nō administrētur medicine solutiue que attrabāt a remotis quia talis materia faciēs colicam est in intestinis: et ideo illa que veniunt a remotis ad intestina non possunt transire propter oppilationē et ita faciunt seua accidentia. sed hoc intelligendū est quando materia colice solum est in intestinis collecta et nō aliunde fluit qꝛ vbi flueret oporteret illam euacuare vt si esset colera fluens ab epate que esset colice causa vel a cerebro vel ab alio mēbro quāuis alia materia fluat. Si vero ab intestinis solū est quartus caū. qꝫ si in intestinis causetur excoriatio nō debemus administrare fortia et acuta clisteria: sed exbibeantur anodina lauatiua et sedatiua dolorem qꝛ talia bene conueniunt. et in casu hmōi caū. bene euacuabimus per superius sicut dicit Aui. intelligēdo p superi'. i. p vomitū ne materia trāseuntes per loca excoriata magis lederent. et hoc modo exponit Nicolus. Nota qꝫ et si videatur cōtradictio inter dicta Aui. qꝛ prius dicit qꝫ non debent dari solutiua nisi prius sit deoppilata via. deinde dicit qꝫ si nō possumus aperire viā inferiorem debemus dare solutiua. ibi. n. intelligit de debilibus solutiuis et nō fortibus. in primo aūt. caū. intelligit de solutiuis fortibus que multū agitant. No. etiā qꝫ Aui. in isto capitulo etiā in. c. de apāte epatis docet admiscere solutiua cū cibis sicut ibi notatum est. ideo aliqui cōponūt nebulas solutiuas cū scamonea turbith et esula. Quintus caū. est qꝫ qñ venit colica a cā fri. nō debemus vti fortib' calefactiuis qꝛ ista multotiens augēt dolorē qꝛ inueniūt materias grossas fri. aliqñ eas subtiliāt et in vētositatē cōuertunt et ita augent dolorē et ideo licet Gal. 7. terapē. c. 15. recitat hi storiam de alleo in cura colice cum vino albo vbi etiam dicit qꝫ ipsum est tiriaca rusticorum non tamen conuenit vbi sit

repletio materierum neq alia fortia resoluentia sicut electuariū de baccis lauri. Sextus cañ. in vsu clisteriorum est φ eger debet se taliter situare vt clisteria declinent ad locū doloris itaq post assumptionē clisteris reuoluat se eger super locum dolentē. Septimus cañ. φ si talia clisteria nō pñt ingredi ppter vētositatē debem⁹ iterū ac iterum reiterare qr fortasse ventositas erit egressa vel mutata. Et Aui. describit vnā optimā formam clisteris per cuius immissionē pōt τ enema ingredi τ ventositas egredi: cuius descriptionem τ formā ponem⁹ infra. Octau⁹ cañ. est in suppositorijs τ ipsa debent esse longa ad mensurā septem digitorū vt virtus eorum possit ad longinqua cōmunicari. Nonus cañ. in stupefacientibus est φ non debemus cito a principio narcotica approximare: sed quando alia nō sufficiunt qr in paruo tempore redit postea dolor τ materia infrigidatur τ ingrossatur si fuerit frigi. si oppilatio magis oppilabitur si ventositas magis ingrossabitur. Decimus cañ. est φ extra debem⁹ ista narcotica approximare in forma emplastrorum. Si vero per superiora vel inferiora administramus ad intra oportet φ ista stupefactiua sint bene consolata sicut egetbea filonium τc. Cañ. aūt speciales sunt isti. Prim⁹ sedatio doloris que cum talibus ingenijs cōpletur. Primū est in cause abscisione τ hoc ingenio vere curatur dolor qr remota cā remouet esse etus. s. dolor. Sed in abscisiōe cause quā doq indigemus digestione diuersione resolutione τ tandē euacuatione τ ista nō possunt fieri nisi per tempus τ interim ppter dolorem virtus prosternitur: ideo indigemus alio ingenio τ secundo in ordine τ est administratio rerum anodinarū supra locum dolentem que habeant caliditatem temperatam non excedentē primum gradū: τ aliqualem humiditatem que confortant calorem naturalem. conferunt etiam quia si mala complexio fuerit cal. confortando calorem naturalem redditur vicina naturalitati. etiam propter humiditatem ista anodina faciunt laxare locum dolentem τ remolliunt ipsum. ideo quando fit extensio a ventositate pōt membrum magis dilatari. Tertium ingenium est administratio narcoticorū auferendo sensum loci. τ ita natura recipit aliquantulum iuuamentum ppter stupefactiua quando alia non sufficiunt vt habetur quarta pⁱmi capitulo penultimo de sedatiōe doloris. Cū ergo occurrimus alicui patienti intensissimū dolorē oportet ipsum a priñ. remouere cū secundo ingenio qr sepe causa non potest ita cito remoueri: ideo procedim⁹ cū anodinis mitigātibus dolorem per exterius τ per interius applicata. Per exterius autē applicamus in forma embrocationum fomentationum vnctionum emplastrorum τ balneorum. Per interius vero in forma clisteriorum. facimus autem a principio embrocationem ex rebus anodinis faciendo cadere ab alto aquā decoctiōis camomille mellilioti aneti seminis lini τ fenugreci τ ex malua altea τ similibus ponendo istam decoctionem in vase facto sicut clepsedra qđ est perforatum multis foraminibus in fundo quo vtuntur mulieres ad irrigādas herbas suas: sʒ hoc infirmis fastidiosum est: ideo practici procedunt potius cum fomentationibus euaporationibus accipiendo magnam spongiam τ eam infundere in decoctione predicta τ exprimendo vel accipiendo vesicā τ eā implendo illa decoctione τ applicando loco dolenti. Inunctiōes fiant ex oleis anodinis vt ex oleo de camomilla anetino de semine lini: maxime quando est ventositas vel replere vesicam oleo communi τ apponere loco dolenti. Quidam habent pro singulari secreto accipere de fimo iuuencorū τ ledamine in quo mingunt boues equi τ asini τ putrefacto incorporādo cū dictis oleis τ in forma emplⁱ applicant loco. Quidam accipiunt filum coctum in cinerib⁹ cū lixiuio τ sic cali. apponunt loco. Sed si ista nō sufficiunt opʒ deuenire ad balneū quod fit ex decoctione dictarū rerū in vase ad sedendū in illa decoctione ita φ aqua superascēdat locū dolentē τ ibi stet p mediā horā vel p quartā partē hore. Sed est notorū cañ. in impositiōe balnei qr virtus maxime prosternit ppter dolorē parū cibū τ ppter vigilias. Uidem⁹

ergo si virtus est fortis potens tollera-
re balneū et tūc adhibeat et pro toto tpe
balnei sint odores boni et aromatici. la-
uent pedes et manus ex aqua ros. et vino
aromatico vt virtus confortet. Per inte-
rius autē possumus dupl'r exbibere: p su-
peri'. s. et p inferi' p inferi' exbibem' cli
steria ex anodinis et decoctione pdicta et
ponat in librā. j. huiōi decoctionis. ℥. j.
cassie. et ℥. j. zuchari et erit lenitiuū ven. et
clistere ex brodijs pinguibus et ponere
duo vitella oui. etiā clistere ex solo oleo
camomillino vt exbibendo de ipso lib. i.
etiam oleum de semine lini est singularis
simum per clistere impositum qr humec-
tat et lenit ven. et qdam habent hoc pro
secrecto. Per superi' vero exbibent ea q
hnt talem virtutem inter que singularis
sima est aq decoctionis camomille vel
aqua sublimationis eius in secūdo can.
c. proprio. Brodiū et galline vel carnis
pinguis cū croco multum vz. et ius gal-
li. Aliqñ vero dolor est ita vehemēs qd nō
sufficiunt anodina et timemus ne virtus
deficiat et in h casu oz ad narcotica deue-
nire p supi' vel p inferi'. Est tñ. cañ. qd nō
debem' huiōi narcotica a prin. exbibere
qr vt dicit Aui. in. c. de colica a materia
fri. cōponūt rem maximi timoris pcipue
qñ materia est fri. qr addūt in cā. et si est
vētositas illa ingorssat et dolor reddit for-
tior qz pri' p exbibitionem narcoticoruz
et ideo soluz in casu desperato opz ista ex-
bibere. si. n. videmus qd infra duos dies
infirmus posset deficere administremus
ista stupefactiua et apponam' ista magis
per inferi'us qz per supius vt faciendo cli-
stere ex brodio galline admiscēdo filonij
romani. ℥. j. qd describit qnto cañ. sz ē ali-
ud filonium psicum qd ab Aui. describi-
tur tertio cañ. de cura sputi san. et habet
virtutem constrictiuaz. sed primo practi-
ci communiter vtuntur. Fit etiam in for-
ma suppositorij accipiendo lanam vel co-
tū et ponere circa de filonio ro. et torque-
re in forma suppositorij. Aliud quo pra-
ctici communiter vtunt est suppositoriuz
de lilio in quo ingreditur opium. et de-
scribitur ab Auicēna in. capitulo de flu-
xu. ven. excoriatiuo. sed oportet alligare
cum filo vt possit ad libitum remoueri

quia aliquādo accideret qd propter nimi-
am dimissionem posset eger mori extin-
cto calore. sicut contingit Papie in qua-
dam muliere in qua superuenit subito et
appoplexia et mortua est: laudat etiā Aui.
clistere ex aqua carnis. et. ʒ. j. castorei ca-
storeum. n. corrigit opiū et est sicut bezo-
ar ad ipsum. et dicit. Aui. qd aliqñ opor-
tet solum opium ponere. qr dolor est ita
intensus qd cum debilibus non potest re-
moueri. sed consulo vobis vt semper sint
correcta. Nicolus autem floren. facit cli-
stere ex vino aromatico cūsit cal. et hu. nō
tale tamen vinum debet esse multum an-
tiquum. Aliquando aūt ista non sufficit-
unt per partem inferiorem. sed op' est trā-
sire ad fortiora que per os sumunt. Et de
istis sunt tria vsualia. domesticū est ege-
thea stupefacit. n. et resoluit propter ca-
storeum qd ingreditur. Si fortius volu-
mus est athanasia Ni. dādo. ʒ. j. vel. ʒ. j. s.
fortius aūt adhuc est filoniuz de quo da-
mus vsq ad. ʒ. j. Sunt etiam aliqua q
a proprietate valent vt stercus lupi vt di-
cit Gal. x. de sim. medicina recitās histo-
riā de qdaz dicitqz os qd inuenit in inte-
stinis lupi qñ cōedit aliqd aial et nō potu-
it hñ masticare ossa postea inuenit ipsi' in-
testinis si postea accipiat et suspēdat collo
vz dicit Aui. qd debem' colligere illud ster-
cus lupi qd inuenitur sup spinas. etiā in-
testinum lupi si suspendatur collo valet
Si etiam in lana arietis qui euasit a lu-
po inuoluatur huiusmodi intestinuz et col-
lo suspendatur valet. Castoreum etiam
est singulare et laudatur ab Auicena ra-
tione proprietatis et manifeste qualita-
tis. est enim calidum et siccum etiam lum-
brici terrestres dando. ʒ. j. cum vino albo
etiam cornu ceruinum dando. ʒ. j. cum vi-
no albo. in quocūqz tempore possunt ista
exbiberi. Scorpiones assati valent mul-
tum vbi talis colica nō prouenit ab apo-
stemate. et dicit. Auicena qd per se valēt
in dolore renali et per accidens in colica
secundum scriptum Antonij vacce qui
scripsit super. 16. tertij ratio qd per se va-
leant in dolore renali est qr frāgūt lapi-
dem per se. sed qr dolor colicus pōt per
communitatem renalis fieri ideo remo-
uēdo dolorē renalē p se dicūt remouere

dolorez colicū per accidens. Vel dicitur aliterq accidens qz solum a proprietate valent et non remouent causam in colica. in renali vero dolore abscindunt causam. Ioan. arcula. dicit q prouocāt vrinā Ideo dicunt per accidēs eo q prouocatio vrine facit ad diuersionem materierum ad intestina fluentium. sed ista ratio parum vr valere. Quidam medicus Mediolani habz pro secreto puluerē ossium vel seminū nespilorum et potes exhibere cū semine anisi coclearii vnum. Quantuz vero ad abscisionem cause si materia fuerit flegmatica dimisso regimine considerāde sūt quattuor intentiones. prima est lenitio ven. secūda digestio. tertia euacuatio. quarta resolutio residui remanentis et confortatio.

¶ In prima intentione conueniunt ea q leniūt ven. qualia sunt clisteria sicut dictum est facta cū cas. puluere zuchari addendo. ʒ. ß. biere. s. vel biere logodion vel diafenicon is vel elij indi. et qn̄ sunt mollificate feces possumus dare per superius ʒ. ß. biere pigre diasi. ʒ. ij. vel electuarij indi. Et cum cas. et non debēt ista solutiua eē fortia a principio.

¶ Secunda intentio q est dige. fit cum siru. de duabus radi. vel de quinq radicibus cum oximel. et si materia est viscosa cū melle ro. et de istis satis supradictum est et cum aqua fe. et c.

¶ Tertia intentio est euacuatio sed debemus commemorare cañ. in principio cure dictos. euacuam⁹ postea cū biera gal. q multum commēdat dando. ʒ. j. et. ʒ. ij. diafini. vel electuarij indi vel de algalia. Item cum pillulis descriptis in littera a Rasi materia et que est in vijs ductuū potest euacuari sine digestione qz et ē maximus et intensus dolor vt pz in carminibus positis a Jacobo forliuiensi. et Ugo ne senensi videlicet Sinocha cum colica frenesis squinantes et antrax materias crudas euacuare iubent.

¶ Quarta intentio est resolutio que fit cum oleo rute aneti lilij camomille addēdo carminatiua vt ciminum feniculi laurum abrotanū pulegium anisum cum. d. predicta. conueniunt etiā confectiones cal. vt aromaticum ros. electuarium de baccis lauri diaciminum diamasci diagalāga. Si proueniat huiusmodi colica a materia melancolica vel a colera procedimus cum eisdē quattuor intentionib⁹. Primo dando sirupos appropriatos. Si autē a fecibus mollificam⁹ eas. cum camomilla altea matribus violarū semine lini fenugreci faciendo emplastra cum butiro oleo amigda. d. etiam facienda fomentatiōes et clisteria ex predictis vt clistere ex solo oleo violarum. Persuperius vero mollificamus cum cas. fistu. manna et terbētina dando. ʒ. j. vz etiam ius galli. et Auicen. dat modū quomodo dz preparari. dicit enim capiat gall⁹ antiquus et verberet adeo q multum debilitet deinde euisceret deplumetur abluaturq cū vino albo imponēdo int⁹ polipodiū anisuz feniculum agari. turbith fm diuersas intentiones et cōsumet vsq ad ossa et damus de brodio eius vsq ad ʒ. viij. vel. x. hz enim virtutē solutiuam et non euacuat a remotis. Dubium autem est de iure galli vtrū sit cal. cōplonis. nā Aui. in. c. de cura colice in gñali dicit q est cal. et tamen in cura colice ex fece cōnumerat inter lubricātia fri. Dicit Gen. q ius galli est fri. respectu aliarū rerum magis calefacientiū. Anto. vacca dicit q Aui. deficit in ista. inquit. n. dz dicer. Et lubrificātia in fri. s. colica sunt sicut iura pinguia et propter ius galli et c. Vel dicit q dz poni cal. vt dicat sic. Et lubrificantia fri. et cal. sunt sicut iura pinguia et c. qz Aui. paululū añ dicit. et lubrificantia fri. et cal. Quidam alij dicunt q in decoctione galli ponunt primo thamarindi sebesten. ita vt multū cōsumet aqua et illa superant virtutē galli et ius erit fri. Si vero proueniat colica ab apate procedimus cura apatis. et de istis satis dictū est supra. Si vero a vermib⁹ dicet in. c. de cura vermiū. Si a malo situ intestinorū debemus reducere ad situm suū leuiter et eleuent crura ad superiora et per motū reducantur sic propter rupturā hz facilr reducere intestina si a mala cōplone qd raro ē cōsiderem⁹ qualis sit et illa remoueam⁹ si a vētositate resoluam⁹ illā vt cum electuario de baccis lauri qd ponitur a Rasi. et de precedentib⁹ conib⁹. Si pēdet a materia i pri

cipio vero cũ leuiori incipe ozrepuța cuz puluere anisi cũ vino albo. est etiam dia ciminũ diagalanga. Item clisteria anodina ꝛ carminatiua vt cum camomilla aneto pulegio calamento semine anisi ci mini aneti cũ. ℥. iij. olei aneti ꝛ. ℥. ſ. hiere pigre ꝛ euaporationẽ cũ decoctione predictorum facere. Item vẽtosa magna posita supra locum ꝛ iterata laudatur hic a Rasi ꝛ. viij. continentis ꝛ ab Auicẽ. ꝛ alijs ꝛ clistere: ꝛ inunctio ex oleo rutaceo ꝛ cũ oibus carminãtibus. Cum aũt cañ. aduertẽdus ꝙ in principio nõ sunt fortia exhibenda qñ materia est fouens. ꝛ ideo opz facilia prius adhibere. Nota cañ. singularem in hac cura colice in exhibitione medicinarum quẽ ponit Rasis ꝛ est optimus modus practicandi. scilicet dare solutiua mixta cum stupefactiuis ꝛ isto modo practicãdi vtebatur quidam singularis doctor. s. Jo. arcu. etiaz nunc quidã medicus mediolanẽ. in hac cura cõsequutus est magnum honorem qz illa stupefactiua remouent caliditatẽ farmaci solutiui: ꝛ econtra farmacũ stupefactionem ꝛ frigiditatem nimiũ quaz posset inducere stupefactiuum ꝛ simul remouet dolorẽ ꝛ euacuat ꝛ ideo ista mixtio est conuenientissima ꝛ põt sic ordinari. ℞. hiere. s. que est optima. ʒ. vj. diafe. ʒ. ij. eslj indi maioris. ʒ. ſ. filonij rof. ʒ. ß. vel si dolor est fortis. ʒ. j. mis. Si dolor et sit magnus ꝛ virtus fortis exhibee. ʒ. ſ. vel athanasie Nicolai vsꝙ ad. ℈. iiij. ꝛ hoc bene nota. Electuariũ de baccis lauri est singularissimum in resolutione vẽtositatis flue in colica ventosa quod describit Rasis in littera ꝛ dat a. ʒ. ſ. vsꝙ ad. ʒ. j. ß. ꝛ est multum vsuale. Joã. arculanus ponit ꝺ dicto electuario in clisterijs quia virtus ipsius prouenit ad locũ ꝛ ipse inuenit proficui iuuamenti qz maiorem retinet virtutem. dat etiam Rasis filonium ro. descriptionem illius qui cõmuniter habetur in vsu: habes ab Aui. quinto cañ. vbi loquens in persona filonij dicit. Ego sum filoniũ qui separo inter mortem ꝛ vitam.

¶ Forma enematis.



Hec est forma clisteris quã nõ intelligunt multi ꝛ quam describit Aui. s. ꝙ ps superior scilicet canna eius sit dupla ad partẽ inferiorem ꝛ mediet inter has partes mediũ vnum sicut paries diuidẽs ptes illas sicut est in duabꝰ fistulis coniunctis ꝛ habeat pars minor vnũ foramen in pte que est prope coniunctionem burse clisteris: ꝛ aliud in opposito directe ſm longitudinẽ ꝙ sit apud foramen partis grossioris ꝑ quã partem maiorez cui contiguatur maxime bursa transeat aquositas enematis imposita per vtrem. per inferiorez vero cannam si ue minorem pulsa ab enemate ventositate per vtricis compressionem ipsa vento sitas egrediatur. ꝛ hoc patet in figura ꝛ reddẽt dicta cum causa litteram Auic. obscuram claram ꝛc.



¶ Cura fluxus cerebralis.



Nota primo ꝙ in cura fluxuũ talis seruabiẗ ordo ꝙ in particularibus speciebꝰ fluxus particulares poneñ tur cure qz ista materia fluxuũ est mare magnũ ꝛ non põt vna cura tota euacuari iõ sicut dictũ est succinte ꝛ ordinate ponenẗ cure singulariũ specierum. ꝛ primo fluxus cerebralis qui prouenit vicio cerebri ꝛ ẽ ex eo ꝙ aliqua materia salsa acuta vel pungitiua descendens a cerebro ꝛ hoc per catarros plurimos stimulat ꝛ irritat virtutem expulsiuam stomachi ꝛ ita ante digestionem cõpletam cibi virtus conatur illum expellere vel etiam multi catarri humidi humectantes superficiem intrinsecam stomachi ratione cuius prouenit quedã lubricitas ꝛ ita debilitat contentiuã quã

Splenii ad moriendum

re cibus non potest in stomacho contineri debito tẽpore sicut si manus essent inuncte oleo ꝛ lubrice facte non possent debite continere. Signa istius fluxus sunt catarri precedentes vel actualiter existẽtes vel etiam qꝛ euenit fluxus iste tempore pluuioso vel etiam post somnum longum ex eo ꝙ in somno longo retinentur vel multiplicantur siue ingrossantur vapores multi: ꝛ ita facientes catarrũ sunt causa corruptionis cibi in stomacho. ꝛ ideo signa sunt corruptionis cibi etiam mala complexio fri. cerebri. Cura istius fluxus est in duabus principalibus intentionibus. prima est ad membrum cõicans. scdã ad mẽbrum cui communicaẽ.

¶ Prima intentio complectur quattuor intentionibus particularibus supra cõmemoratis. prima debitum regimen catarri probibitiuum. secunda catarri digestio. tertia bu. diuersio. quarta euacuatio ꝛ remotio male complexionis. ꝛ hec cura sufficienter dicta est in capitulo de catarro ꝛ cum quibus debet cõpleri qꝛ si cal. fri. ꝛ econtra.

¶ Secunda principalis intentio est ad membrum recipiens scꝫ stomachum pro cuius cura recurrendum est ad capi. de debilitate stomachi. Si enim illa materia catarralis indiget digestione digeratur ꝛ euacuetur postea resoluatur ꝛ mala complexio remoueatur: ꝛ hoc cum fomentationibus sacculis vaporationibꝰ vnctionibus emplastris confectionibus ꝛ singularissima in euacuatiõe est hiera sm Gal. qꝛ non euacuat a longinquis. similiter electuariũ diafenicon ꝛ elm indum. facere etiam fomentationes cum vino i quo decocte sunt herbe stomachales vt absꝫ. rosa mẽta spica rosmarinus pulegium calamentum gar. cinamomũ galanga maxime quando ventositas cõplicatur ꝛ cũ oĩbus istis facere vaporationem seu fomẽtationem simul cũ vino aromatico vel ex pulueribus istorum simul cũ aliquo oleo appropriato incorporatis facere vnguentum vel ex oleis predictarũ rerũ inungere: vel ex iam dictis facere sacculũ. Et inungimus cũ oleo masticino de mẽta de absẏn. de spica ꝛc̃. etiã cerotum pro stomacho emẽdãs vitia stomachi ꝛ vnguentũ stomachale. hec enim oĩa tenentur confecta. etiã confectiones per interius assumpte valent vt diagalãga zinziber conditũ aromaticũ ros. aromaticũ gariofilatũ ꝛ ceteꝛ confectiones que singulares sunt ad remouẽdum malam complexionem fri. stomachi ꝛc̃.

¶ Cura lienterie.



Fluxus stomachus prouenit ex eo ꝙ superfluitates remanẽt in stomacho qꝛ ciꝰ digestiua est diminuta ablata vł corrupta ꝛ ita cibus aliqñ complete aliquãdo diminute digeritur: ꝛ iste superfluitates aggregantur aliqñ propter difformitatẽ cibi. prouenit ex eo ꝙ vna pars eius est digesta alia vero indigesta. differunt dicere non totus digestus ꝛ totaliter digestus. totaliter. n. respicit qualitatẽ. totus vero respicit quantitatẽ. aliqñ egrediẽ cibus in eadẽ quantitate ꝛ qualitate qua sumitur ꝛ hoc dꝛ totalr ablata digestio. si cibus corruptꝰ dꝛ corrupta digestio. si diminute digestꝰ dicitur diminuta digestio. Prima causa lienterie dicitur debilitas contẽtiue siue retentiue que non gradat missionem cibi ꝛ hoc clare exponit Genti. Scda causa est remanentia solutiui in rugositatibus stomachi que stimulat virtutem expulsiuam ꝛ ita ꝙ̃primũ cibus est in stomacho expelliẽ. Tertia causa est de qua dictũ est propter debilitatẽ digestiue vel propter materias flegmaticas adherentes parietibus stomachi ꝛ ita parietes fiunt lubrici. Quarta causa est vlcus stomachi quare cibus tangens vlcus mordicationẽ causat ꝛ ita virtus expulsiua cibũ expellit. Quinta cã est ab humiditatibus ꝙ̃ profluunt ad stomachũ tamẽ hec proprie non est stomaticha sed sm diuersa membra a quibus pfluit materia. Sexta cã est propter ventositatem subleuantẽ cibum quare probibet bonã fieri digestionem. Alia causa est septima propter dolorem stomachi resolutis spiritibus. Octaua causa est ex parte ciborum licet hic proprie nõ sit fluxus sto

maticibus qꝛ iste non fit vitio stomachi. Sed pro complemento doctrine adducū tur omnes cause vt si quis propter nimiam ciborum quātitatem lienteriam in curreret vel etiam sumere cibaria acetosa vel corruptibilia vt cerasa melones ꝛc.

¶ De signis. iste fluxus non debet ordinem sed fit sm cibi assumptionem quia si tu sumis cibum ꝛ non digeratur fit fluxus. Secundum signū ꝙ apparent egestiones cibales si nullo modo stomachus agit in eodem colore ꝛ apparebit si corrupte ledatur cibus corruptus si aliquis sumat cibum aliquo tempore cito egreditur propter vitium retentiue quia nō potest gradare digestionem ꝛ expulsionem cibi. Si propter vlcera est dolor fortissimus cum assumptione cibi. etiam cognoscetur ex eructuatione corrupta ꝛ qꝛ illa materia saniosa egreditur Si est propter solutiuum sentitur odor medicine ꝛ punctio in stomacho ꝛ qꝛ ante non erat fluxus. Si propter nimiam quantitatē cibi sentitur grauitas. Si ab alijs humoribus proueniat per vomitum ꝛ secessum cognoscemus. Si propter ventositatem erit extensio ꝛ eructuatio ꝛ nō grauitas.

¶ Pro cura fluxus stomachi Auicen. remittit se ad. 13. fen. c. de lubricitate stomachi. tamen succincte determinat de eo. Si proueniat a cibo cura variatur ſʒ varietatē causarū qꝛ cibus potest eē maioris quātitatis vel minoris ꝙ debeat vel grossus vel corruptibilis. iste tñ nō ē fluxus stomaticus sed ex parte aliorū se tenet. Cura ergo est ex pte cibi qꝛ si est corruptus vomitu vel secessu est educendus vt cum cassia manna vel cum aqua tepida per vomitum. Si vero est in intestinis cum clisteri ꝛ ita pro debita cura inuestiganda est causa. Si ex nimia quantitate prouenerit paucus exhibeatur. Et si est nimis grossus vel subtilis fri. vel cali. vel nimis vnctuosus corrigatur deinde remoueatur mala complexio stomachi si fuerit derelicta. Si vero prouenerit propter presentiā nimie humiditatis in stomacho contente sicut plurimum cō tingit: quattuor intentiones sunt obseruande. prima est debitum regimen. secunda hu. digestio. tertia euacuatio. quarta stomachi confortatio.

¶ Primam intentionem .s. debiti regiminis docuit Rasis in littera cum iussit vt patiens comedat inciliua calefactiua subtiliatiua salsa ꝛ acuta. ꝛ de hoc dictū est supra in. c. debilitatis stomachi.

¶ Secunda intentio est digestio humo. flegmatice que fit cū cōuenientibus digestiuis flegmatis. s. cū melle ro. siru. de duabꝰ radi. de absyn. si non timetꝰ retētionē materie in stomacho cum oximelle sim. etiam cum his que dicta sunt in. c. de debilitate stomachi cum aquis beto. feniculi ꝛ absyn.

¶ Tertia intentio est euacuatio in qua laudat Rasis vomitū ꝛ solu. ven. de quo vomitu videtur dubium quia Aui. in cura fluxus stomachi vituperat ipsum vomitum cum etiam dictus Auicen. 13. ter tij. c. de lubricitate ven. etiam laudat ipsum vomitum. Respondetur ꝙ si materia est in fundo magis apta descendere tunc non conuenit sed per partem inferiorem euacuari debet. ꝛ ad istum intellectum Aui. vituperat vomitum. Si autem materia fuerit in parte superiori stomachi ꝛ corpus dispositum ad vomitū laudatur. etiam vt Rasis ꝙ si vomitus non sit sufficiens soluamus. Et debet cō memorari can. sepe superius dictus ꝙ solutiua a longinquo non attrahant. Et de istis sunt sicut pillule elefangine may sticine de hiera sim. dando. ʒ. ſ. ꝛ si corpus esset robustum ꝛ non posset soluē per solam hieram de qua dicit Auicen. ꝙ cum stat ambiguitas de materiebus in stomacho nulla est conuenientior medicina: addimus tunc diafeniconis. ʒ. ij. ꝛ licet vt alias dictum est in diafenicone ingrediantur solutiua a remotis trahentia: tamen virtus eius non pertrāsit epar vt dicit Sen. quinto cañ. eo ꝙ dactili inuiscant huiusmodi medicinas. conuenit etiam diacitonitem solutiuum quod ratione citoniorum nō attrahit a remotis.

¶ Quarta intētio ē cōfortatio stomachi ꝛ remotio male cōplexionis cū his que ꝑ interius ꝛ exteriꝰ administranē. De exteriꝰ administratis sunt inūctiōes facte ex cale.

et humectantibus habentibus virtutem stip: vt cū oleo de spica de absyn. de thimo mastice menta de citoniis. Itē capimus mentā absyn. squinātum spicā rosas balaustias cortices granatorum cum cinnamomo cipero gal. calamo aromatico et ex istis facimus cerota et vnguenta. Item fomentare stomachum ex decoctiōe facta in vino nigro stip. cū galāga cipero cinnamomo et aliis antedictis et stomacho applicare cū spongia vel vesicā: etiā ex pulueribus istarū rerum facere sacculos. De interius autē applicatis est aromaticū ro. diaciminum diagalāga zinziber conditū et mirabolani chebuli conditi dando duos in hebdomoda multum valent ante cibum. diacitoniten etiā de zuccharo cum speciebus in causa fri. et sine speciebus in causa cali. etiam miua citoniorum aromatica confortat virtutem digestiuam et facit ad debitam retentionem dando duo coclearia ante cibum. Sirupus etiā de menta et de absyn. si est a debilitate digestiue et retentiue debemus eas confortare per interius et per exterius administrata sicut supradictum est. Coriandrum etiā conuenit de quo dicit Auicen. qd retinet cibum in stomacho et est fortis impressionis. Si autem cā sit materia calida que faciat fluxum cōsimiles sunt habende intentiones et quatuor prima est debitum regimen qd debet esse frigi. secunda digestio hu. tertia euacuatio. quarta confortatio et remotio male cōplexionis cal. et in his procedamus cū digestiuis appropriatis contrariis cause scilz frigide vt euacuare cum mirabolanis citrinis in substantia vel in infus. Ulterius remouemus malam complexionē cali. et confortamus cum infrigi. vt cum iulep ros. zuccharo ros. diarodon abba. et decoc. cōmuni siru. ro. de granatis de citoniis cōfectione triasandalorū. Si vero proueniat propter vlcera primo oportet abstergere scdo cōsolidare vt in. c. de ptisi dictum est. Si proueniat a ventositate et materia sit fauens digeratur et euacuetur: deinde resoluatur ventositas cum electuario de baccis lauri et aliis de quibus dictum est in capitulo de colica. Si vero proueniat a dolore stomachi recurratur ad capitulum de cura doloris stomachi: quare etc.

Cura dissenterie.



In cura dissenterie quattuor intentiones sunt obseruāde. prima est debitū regimen. secunda vertit ad cām dissenterie. tertia ad excoriationem. quarta intentio est restrictio fluxus.

In prima ergo intentione qr excoriatio fit propter humores cali. debet esse declinans ad fri. Aer ergo est ad frigi. alterandus. In cibo vero oportet aliquos cañ. obseruare. Primus cañ. q cibaria non sint valde acuta nec salsa nec acetosa vt allea porri cepe zinziber cinnamomum. acetosa etiam cum multo aceto. salsa cum multo sale. dicit Auicen. q cibaria nō debent habere nimiam salsedinem nec nimiam acetositatem volens innuere q sint aliqualiter acetosa quia nocumentum cōmunicatur stomacho: ideo opz q aliqualiter incitetur appetitus qa virtus appetitiua est prostrata. Secundus cañ. q cibaria sint pauce quantitatis vt membra sint auara et ita retinebūt humores et non poterunt fluere. et licet dicat Aui. stent per duos dies non tamen est hoc tempore sic faciendum sed cū subtili dieta debent stare. Tertius cañ. q cibaria sint actualiter frigi. quia frigidum facit ad constrictionem: ideo vtentur ca li. cibaria etiā actualiter. Quartus cañ. est q non sint illa cibaria diuerse nature seu speciei: immo dimittatur diuersitas cibariorum. Quintus cañ. est q cibaria sint facilis digestionis et sint boni nutrimenti. causa clara est: et velocis digestionis quia stomachus est debilitatus. etiā quia non potest longo tempore permanere cibus in stomacho. et propterea Auicen. laudat epar gallinarum testiculos gallorum oua sorbilia que tamen non sint dura sue nimis assata nec nimis mollia sue elixa qr mollia ven leniunt dura vero sunt difficilis digestiōis. Itē aqua carnis et cōtusum carniū. et de milio farre panico rizo qd aliqualr torrefiat hoc

modo. Habeat tegula et rizum superpo natur qua posita super ignem rizum cir cumuoluatur super tegulam. lentes etiã excorticate laudantur. etiaz lac acetosuz quod sic preparatur. Dimittatur p no ctem in aere sereno postea in mane butro sitas extrahatur et capiatur acetositas. Et si volumus q sit magis constrictiuũ extinguamus in eo lapides ignitos vel calibem ignitum ter vel quater. Vinum autem non conuenit nisi sit virtus debi lis: et si exhibeatur sit stipticum vel sit be ne temperatum cum aqua extinctionis ferri vel calibis. aqua enim ferrata vel ca libeata restringit et confortat mẽbra na turalia etiã retinet fluxum. vel etiam cuz aqua decoctionis seminum coriandrorũ cõuenit etiã ponere aliquantulum de iu lep rosa. vel zucharo rosato vel aqua de coctionis sumach vel aqua berberorum In aliis etiã regimen debet esse fri. et sti pticum qr talis excoriatio vt plurimum a materia cal. prouenit.

¶ Secunda intentio principalis respicit causam excoriationis et ideo dicat Aui. si est fluens talis causa stude in abscisio ne eius q oportet oẽs causas seruare. Si ergo materia est colerica et fluxit primo et eduxit muscositates postea cortices et ita sanguinem videmus et cum hoc cõtinuat fluere colera et ideo nõ precedẽte digestio ne euacuare debemus qr cõtinue fluenti augeret excoriationem practici q̃ primũ vidẽt fluxum excoriatiuũ statim abscin dunt causam fluxus non expectando di gestionem: et ita cito exhibent solutiua: tamen aduertendum est ne exhibeantur solutiua que noceant loco vlcerato sicut scamonea et omnia scamoneata sicut dia prunis solutiuũ electuarium ro. propter quod Auicen. et alii auctores laudãt mi rabolanos citrinos propter stipticitatẽ sed pro remotione eorũ asperitatis admi scent dragagantum vel et cõmuniter fa ciunt practici admiscent iulep rosatum: habet enim virtutem infrigidatiuam et le nitiuam. verbigratia sic ordinando. Re. mirabolanorum citrinorũ subtiliter pul uerizatorum. ℥.ß. iulep. rosa. vel violati ℥.ß. cuz aquis buglo. planta. et similibus et fiat potio. ponunt etiã aliqui aliquid de reubarbaro licet nõnulli vituperent. possumus etiam dare dictos mirabola nos in infus. verbigratia sic ordinando. Re. mirabolanorum citrinorum. ℥.ß. con tundantur et infundantur in aqua cali da quantuz sufficit deinde bulliant dua bus vel tribus bullitionibus postea for tis fiat expressio: cui addatur reubar. ele cti. ℈.p. ʒ.j. vel. ʒ. iiij. sirupi rosa. ℥.j. misce et fiat potio. Solutiuum aliud magistri Balasii astarii doctoris celeberri. Re. corticum mirabolanorum chebulorum. ʒ.iij. mirabolanorum citrinorũ. ʒ.ij. passu larum enucleatarum. ʒ.j. spice parum in cidantur vel conterantur minutim et in fundantur in aquis planta. absyn. bug. añ. q. sufficit. et ponantur ad bulliendum duodecim bullitionibus vel circa: dein de facta infrigidatiõe bene manibus fri centur et fiat ipsoruz debita expressio cui addatur diacatolicõ. ʒ.iij. reubar. subti liter puluerizati. ʒ.ß. misce et fiat potio. Nota q aliquando practici torrefaciũt reubarbarum super tegulam calefactam reuoluendo ipsum vt partes acute resol uantur et remaneant solum partes stipti. sed ista torrefactio a principio non esset conueniens: qr adhuc est magna quanti tas materie in corpore. In processu vero quando maiori indigemus confortatiõe q̃ euacuatione qr euacuata iam est ma teria: tunc talis torrefactio multum con uenit. Et nota q licet Auicen. hic multũ laudet reubarbarum non tamen laudat ipsum in intentione euacuãdi sed stipti cãdi et restringendi: quia addit post de glandibus et rosis: nec inuenitur aliquis textus Auice. qui dicat q soluat. habes tamen ipsuz esse solutiuũ ab Auer. quin to colliget et Mesue. Facta autez aliqua li euacuatione a principio postea digeri mus materiã facientem fluxum. et ita se cunda die practici cõmuniter dant siru pos videlicet. Re. sirup. rosa. ℥.ß. sirup. de endi. ℥.ß. aquarum ros. plantagi. et endi. añ. ℥.j. misce. Iste eniz sirupus ingrossat digerit infrigidat et stipticat. Nota ta men q isti sirupi non debent esse a princi pio nimis stiptici: tum quia febris mala coniungitur: tum etiam quia non inten dimus talem materiam retinere. In pro

cessu vero exhibentur isti sirupi scilicet si
rupus rosa. de citonijs cum aquis aceto
sis rosa. ⁊ plantagi. Facta autez digestio
ne materie eradicatiue euacuamus ⁊ re
linquimus vestigium stipticitatis dando
mirabolanos in substantia ⁊ reubarba
rum: ⁊ tūc bonum est torrefacere reubar
barum sicut supradictum est. Postea ve
ro facta euone debet epar epitbimari cū
sandalis rosis aqua rosa. endiuie spodio
⁊ alijs ⁊ hoc ieiuno stomacho deinde sti
pticare oportet.

¶ Tertia intentio principalis est curatio
excoriationis intestinorum ⁊ hoc diuer
simode procedendo s̄m q̄ huiusmodi ex
coriatio diuersificatur. Nam aliqua est
excoriatio cum vlcere aliqua sine vlcere.
Illa autem que est cum vlcere cognosci
mus quando egreditur materia saniosa:
quod etiam aliquando fit a principio:
ideo aliquando oportet nos lauare ⁊ ali
quando cōglutinare. Si enim videmus
a principio egestiōes sanguinolentas de
bemus lauare intestina ne materia figa
tur in ipsis: ⁊ hoc completur cum clisteri
bus lauatiuis que sic fiunt. ℞. aque or.
lib. ß. vitellos ouorum numero. ij. zucha
ri rubei. ℥. ß. hoc enī clistere abstergit ma
teriam illam que figeretur in intestinis.
⁊ hoc quia non poterit longam moram
trahere in intestinis ⁊ etiam quia clistere
remouet acuitatem humoris excoriantis
fit enim vnum aggregatum ratione cui⁹
non poterit excoriatio induci in intesti
nis. singularissima enim sunt clisteria in
hac cura. ⁊ oportet vt a principio ista ad
ministrentur: quia si profundaretur po
stea non euacuaretur. Ego enim fateor
me multos curasse solum cum adminis
tratione horum clisteriorum. Aliquan
do autem mucositates sole sunt euulse ⁊
non profundata est excoriatio immo nec
inchoata ⁊ tunc oportet procedere cum
clisteribus glutinatiuis ⁊ viscosis quia
adherent intestinis ⁊ faciunt vestem su
pra tunicas intestinorum: ⁊ ita practici
communiter faciunt ordinando tale cli
stere. ℞ albuminis ouorum gummi ara
bici adipis renuz caprarum vel sepi ana
ʒ. ij. olei rosa. ℥. ß. ne adeps ita cito conge
letur. boliarmeni dragaganti anā. ℥. ß. cuz
aqua ordei si querimus cum hoc abster
sionem ⁊ lauare. vel cum brodio pingui
si volumus conglutinare magis. ℥. x. mi.
pro clisteri. ponere etiam cum istis buti
rum iuuaret. Aliquando tamen materia
retinetur propter istorum viscositatem.
ideo oportet post q̄ modico tempore ste
tit clistere hoc conglutinatiuum quod fa
ctum fuerat post debitam intestinorum
lotionem iterum administrare clistere la
uatiuum. deinde iterum conglutinatiuū
vt deficiat excoriatio ⁊ prohibeatur per
istum modum. ponitur etiam aliquando
succus plan. in his clisteribus qui lau
dantur ab Auice. Cognito deinde q̄ sit
abscisa causa quia puta non plus fluit
de materia colerica neq̄ mordicatiua sed
solus sanguis vel mucositas: tunc conso
lidamus ⁊ primo videmus si oportet ab
stergere ⁊ lauare quod facimus cum cli
steri lauatiuo postea facim⁹ clistere incar
natiuum faciendo decoctionem ex rosa.
balaustijs corticibus granatorū sumach
⁊ semine coriandri semine berberorum ⁊
gallis ex qua decoctione accipiatur lib.
ß. cui addatur boliarmeni sang. dra. terre
sigillate thuris anā. ʒ. ß. vel tro. de terra si
gillata. ʒ. ij. addendo vitellos ouoruz nu
mero duos vt adhereat intestinis. ⁊ hec
omnia fiunt vbi sit excoriatio sola ⁊ pu
ra. Si vero sit excoriatio cum vlcere in
cura sunt due intentiones obseruande.
prima est abstersio ⁊ mundificatio. secun
da est consolidatio.


¶ In prima intentione cum videmus q̄
egreditur pus vel sanies ab vlcere proce
dimus in cura faciendo clistere abstersi
uum ⁊ mundificatiuuz ex aqua decoctio
nis furfurum frumenti vel ex aqua mel
lis vel ex brodio cicerum ru. vel ex aqua
lactis caprini vel ex vrina vel ex lixiuio
quia fortius est. aliquando etiam ex vi
no rubeo quia abstergit ⁊ cōfortat et cuz
istis possumus miscere mellis rosa. ℥. ij.
Si autem hec non sufficiunt accipimus
aquā decoctionis piscīū salitorū ⁊ aquā
oliuarum salitarū. Si ista non sufficiāt

venimus ad fortia.s. accipiendo tro. de arsenico et ita cum istis abstergimus et mundificamus locum viceratum. et semper tibi maior sit cura ad abstergendũ et mundificãdum quam ad consolidandũ: quia et si nõ administras cõsolidãtia dummodo bene abstergas et mundifices natura ex se postea incarnabit.

¶ Secunda intentio est cõsolidatio qua facta optima mundificatione et non fluente amplius tali materia possumus ponere eã in actu practico administrãdo clisteria cõsolidatiua et cõglutinatiua cũ rebus stipticis vt cũ decoctione lentiũ ros. balaustiarũ imponẽdo boliarme. de terra sigillata et de alijs de quibus dictum est supra tamen nunquam recedas ab abstersione et mundificatione: quia vt dictum est natura de se incarnabit.

¶ Quarta et vltima intẽtio principalis est restrictio fluxus. aliquãdo.n. propter superfluum fluxum timetur casus virtutis et ideo oportet istum fluxum retinere. et etiam quia aliquãdo non fit ex materia mala: quia iam euacuata est sed fit eo quod vie sunt laxe et debilitate. retinemus autem fluxum cum his que per interius et per exterius administrantur. Per interius conuenit siru. ros. mirtinus de citonijs de granatis et his similes. conueniunt etiã tro. de spodio cum semine acetose dando.3.s. ante cibum. etiam confectiones vt zuchbarum ros. imponendo corallos rubeos vel spodium vel accipiendo codognatam sine speciebus vel de sirupo de citonijs. si vero hec non sufficiant ad narcotica deueniendum est. ipsa.n. dolorẽ remittunt inducunt somnum immobilitant humores: sed bene consideranda est virtus in administratione istorum narcoticorum. non.n. dentur illi cuius virtus est debilis. extingueret.n. illum paucũ calorem. et huiusmodi Quandoque administratur per superius quandoque per inferius Per inferius autem est suppositorium de litio de scriptum in littera a Rasi. et tenetur confectum in apothecis. et debemus semper appendere cũ filo vt possimus ad placitum remouere. et dicit Aui. nos testificamur etc. Per superius conuenit athanasia dando a.3.j. vsque ad.3.iiij. et aliquando ponimus in clisteri dissoluendo eam in ipso per exterius. cõueniunt inunctiones facte ex oleo citoniorum masticino et mirtino aspergendo supra de puluere corallorum ros. masticis boliar. san. dia. singularissimũ est emplastrum diasinicõ de scriptum a Mes. sed describit duo. vnum in intentione cal. aliud in intentione fri. et istud tenetur confectum et capitur pannus grossus et ponitur supra ventrem et iterato renouamus. Aliqui faciunt suffumigia cum vino ru. stiptico supra ferrũ ignitum fumum recipiendo: vel igniunt scoriam ferri et similiter faciunt: vel vt communiter fit ponere manus et pedes in decoctione stiptica talis enim virtus stiptica communicatur stomacho et intestinis si autem fuerit solus fluxus intestinalis lubricatiuus cura est eadem cum cura stomachi et nõ est diuersitas nisi in hoc quod in fluxu stomachi medicine magis per superius administrantur. sed in fluxu intestinali sine excoriatione et debilitate digestiue magis per inferius vt per clisteria procedimus. et si est materia sfatica euacuatio vt supra in cura fluxus stomachi. quare etc.

¶ Cura fluxus splenetici.



Si fluxus proueniat propter debilitatem virtutis attractiue splenis vel propter oppilationem curetur sicut dictum est in capitulo de dolore splenis: et ibi ampla est cura ad solutionem. multũ valet oleũ caparorum de lilio de genestra agresti et alie res appropriate spleni. aqua scolopen. multum appropriatur spleni etiam thamasci. euacuatio fit cum mirabolanis indis vide ibi quare etc.

¶ Cura fluxus intestinalis qui dicitur tenasmon.

Tenasmon est appetitus vehemēs egrediendi absq; egestione notabili respectu illius appetitus quē hꝫ. No. q̄ cū dissenteria q̄s semꝑ complicat̄ tenasmon ex eo q̄ loc⁹ excoriatus stimulatur ad egerendum. lꝫ non sit materia vel pauca egerēda. ⁊ etiam q: multotiens materia virulenta egredit̄ a tali vlcere et figit̄ in extremitate intestini recti ⁊ causat talem appetitū ⁊ h̄ no. Si causa istius fluxus fuerit colerica vel flegmatica salsa curat̄ cū clisterib⁹ lauatiuis vt cum aqua ordei zucharo ⁊ duob⁹ vitellis ouorū in cali. in fri. cū melle ro. aqua lactis brodio ciceruꝫ ⁊c. Si cā fuerit apostema debemus curare fm̄ modū apatis .s. cū clisterib⁹ mollificantibus. Uel etiā si cā sit fex sicca curet̄ cū mollificātib⁹ ꝑ superius ⁊ ꝑ inferius. vt supra dictum est in cura colerice. vulgares accipiunt tabulā paruam lignifortis vt puta nucis ⁊ calefaciunt ⁊ cum illa actuali caliditate apponūt ano ⁊ aliquādo inungūt ipsum sepo hircino: q: per calefactionē illam si ē ꝑpter fri. vel ventositatē remouetur. Si vero sit ventositas practici faciunt saccu los ex camomilla vel ex floib⁹ tassi barbassi. mirabilē. n. habet proprietatem in tenasmone vel faciunt ista bullire cum vino ⁊ exprimunt ⁊ postea cum actuali cali. ponūt supra ventrē. Quando aūt superfluit fluxus ⁊ timemus defectionem virtutis debemus ipsum restringere ⁊ vtimur emplastro diafeniconis q̄d describit Mesue sicut supradictum est. Suppositoriū etiam de litio multum cōfert. hoc tamē est in intentione stupefactiōis ⁊ describit̄ a Rasi ⁊ sicut supra dictū est administratur cū filo appenso possimus ad placitū remouere: ne ꝑpter nimiā moram eius somnus nimis profundaretur ⁊ sic esset periculum de morte infirmi. et ideo hoc sit vltimum remedium. Per superius administrantur tro. de opio cōfectio de storace vt dictū est supra. vsualis est athanasia Nicolai. a. ℈. j. vsq; ad. ℈. iiij. Si aūt pueniat a repsone: tūc est bonus et non oꝫ restringi. Si a debilitate contentiue est tūc confortanda cum pulueribus supraꝯscriptis. Si vero a liquefactione tunc debet illa caliditas remoueri quare ⁊c

Cura fluxus epatici.

Cura fluxus epatici diuersificatur fm̄ diuersitatem causarū: ⁊ ideo oportet bene considerare cām illi⁹: ⁊ q: talis fluxus epaticus dependet ex specialibus causis epatis ideo auctores breuiter tractant. ⁊ ista cā assignatur a Nicolo alia cā a Cōciliatore differētia 22. assignatur q: ipsi paruꝫ vel nihil sperant de cura: ⁊ ibi allegat Gal. quinto de interioribus qui dicit q̄ multi mortui sunt propter defectū curatiuū: ⁊ q̄ aliq̄ñ materia profluit ad intestina ⁊ vlcerat ⁊ ipsi habebāt oculum ad solā vlcerationem ⁊ non attendebant ad epar ⁊ retinebant materias. opꝫ ergo cōsiderare cām ⁊ abscindere ꝑpterea dicit Aui. oportet ergo vt redeas ⁊ cures apa ⁊ oppilationes ⁊ alias cās. cū. n. feceris hoc iam curasti. Prima ergo spēs fluxus epatici est chilosus fluxus qui pōt pu̇enire ex debilitate attractiue a fri. eā vel ꝑpter oppilationem epatis. ⁊ in cura illius tres intentiones sunt obseruāde prima est digestio. secunda euacuatio. tertia remotio male cōplexionis ⁊ epatis confortatio.

¶ Pro prima intentione ꝯueniunt siru. de duabus radi. de quinq; radi. cū aquis appropriatis vt feni. absyn. cuscute apij prassij que oēs sunt aperitiue ⁊ ēt digeramus humorem flegmaticū. optimus est siru. de cicorea: qui a Nicolo describit̄ ꝑ d iuitibus. in cā aūt cali. possumus refrāgere dictos siru. cū siru. de endi. cum siru. ros. cum aquis endiuie cicoree ⁊ aliis

¶ Secūda intētio est eūatio in qua oportet cauere ne euacuemus cum rebus nocentibus epati. ideo vti debem⁹ reubar. in infusione. Item cuꝫ agarico qui vꝫ ad oppillationes saltem cum reubarbaro fiat.

¶ Tertia intentio est remotio male complexionis epatis que completur. cum troci. confectionibus ⁊ electuariis vt cuꝫ

tro. de lacca cum tro. de reubar. electuarium etiam diacalamentũ conuenit dando ad. ʒ. j. vsq ad. ʒ. ij. cõuenit etiam diacurcuma dialacca ꝛ noli semper procedere cum vno remedio iuxta sententiam Aui. quarta primi capi. primo. In cronicis egritudinibus ꝛc. sed in vna hebdomoda cũ. ʒ. j. vel. ℥. vel. ij. ô dialacca alia cum sirupis alia cum tro. ꝛ caue ne constringas fluxum saltẽ a principio: ꝛ hec est cura fluxus chilosi. Nota etiam ꝙ dicit Aui. Multotiens linit insipiẽs epar in hac ascellatione cũ inspissantib⁹ sanguinẽ ꝛ extinguentibus epar per hoc ꝙ sunt frigi. ꝛ in hoc est mors. Si vero fuerit causa debilitas epatis recurre ad curam debilitatis epatis. oportet enim vt vigoretur epar maxime in fluxu lotiuo. ꝛ caue ne perducas epar ad augmentũ cause: ideo oportet cõsiderare cam: quia si debilitas epatis sit a cã frig. cum cali. procedimus ꝛ econtra. quia ergo vt solũ est frigiditas: ideo procedimus cum cal. ꝛ laudat Aui. pistacbia. i. fisticos. Rosa anglica cauat ꝛ ponit vnũ electuarium quod ipse appellat de cucube qđ est singularissimum cuius laudes ab eo vide ꝛ cum eo possumus administrare aliquid de reubar. Inter alia autem q̃ epati conferunt est epar adipsiue lupi dãdo in mane coclearium vnum. optime etiam sunt passule multum enim commendãtur ab Aui. vt in capitulo de rebus conuenientibus epati. ꝛ in capitulo de cura male complexionis cali. ꝛ frigi. epatis. ꝛ in capitulo de debilitate epatis. ꝛ in capi. presenti dicit. Et iam laudate sunt passe pingues in hoc capitulo ita vt quidam estimauerunt ꝙ ipse sanant fluxum lotiuũ difficilem: ꝛ nos quidem iam experti sumus illud ꝛ debẽt passe in frigi. esse dulces ꝛ pingues. in cal. vero acetose. commẽdatur etiam spodium ſm communem dictũ. gaudet epar spodio. ꝛ si vis stipticare da passas cum armillis ꝛ granis ad intra contentis. ꝛ si nõ vis stipticare da sine illis ꝛ dentur coclearia duo ante cibum accipiãtur etiam passe bene pistate ꝛ cribellate cum sedacio deinde conficiãtur cum zucharo ꝛ si vis potes ponere de spodio vel de alijs epati appropriatis ꝛ fac confectionem vel electuarium: valet enim multũ propter hoc ꝙ penetrat melius ad epar ꝛ hoc. no. singularissimum etiam est electuarium hoc quod sic a me describitur. R. diacurcume passularum añ. ʒ. j. reubarba. epatis adip. añ. ʒ. j. ꝛ si vis contemperare cal. addas spodij. ʒ. ß. cum siru de bisan. ꝛ fiat electuariũ. vz Et epatica herba que nascitur in puteis ꝛ locis aquosis. optimum etiã est reubar. nam bonũ est exhibere in qualibet hebdomoda. ʒ. j. ꝛ Siringellus dabat omni die. ʒ. j. de quo loquitur Nicolus de mente Gerardi. absynthium similiter optimum est vt ex administratione eius in cibo ꝛ potu multũ rectificatur epar. singularissimum est etiam electuarium de vino descriptum ab Auicẽ. supra de mente Sal. ꝛ cũ isto illustrissim⁹ dux Barri qui passus est hunc fluxum per dimidiũ annum curatus fuit ꝛ maxime valet in causa frig. in causa vero cali. admisceãt⁹ cum eo spodium species diarodon abbatis tro. de spodio species triasandalorũ ꝛ similia. etiã siru. de absynthio in causa frigida. multum valet. Sirupus vero de cicorea Nicoli vel Gulielmi placentini in cã cali. est bonus vbi sit fluxus aquosus. similiter valent predicta ꝛ stat intentio confortandi cum cali. Si vero sit fluxus colericus detur sirup. de endiuia de bisanthijs cum aqua endiuie cicoree tro. de spodio cũ semine acceto. diarodon ab. vel descriptione communi ꝛ triasandali Si fuerit sanguineus dimittatur. vbi sit fluxus virulentus remittatur cali. cõis cum fri. immediate dictis ꝛ epithimatibus vbi sit diuersorum colorum vigora omnes virtutes epatis cũ his que dicta sunt in capitulo debilitatis epatis cum cinamomo ꝛc. Si causa sit frigi. cũ melle rosa. vbi autem sit saniosus abstergere cũ aq̃ lactis cũ aqua ordei cũ zucharo cum aqua cicerum ru. ꝛ alijs de quibus dictum est supra postea consolida cum rebus supradictis ꝛc.

¶ De cura fluxus cibalis.



In cura fluxus cibalis tres intentiones sunt obseruāde prima est abscisio cause. secūda est mūdificatio intestinorum τ stomachi. tertia est remotio male complexionis τ stomachi cō fortatio.

¶ In prima intētione procedim⁹ a principio abscindere causam. Si causa sit nimia quantitas cibi sumant paucaꝫ quātitateꝫ. Si vero causa sit ciborum corruptibilitas quia scilicet comederit cibos malos τ facile putrescibiles illos dimittat τ bonos capiat. Si vero cā sit oleaginea τ vnctuosa sumat stiptica.

¶ Secunda intentio est mūdificatio stomachi τ intestinorum. Si enim illud qđ corruptum est in intestinis cōtinetur leniemus ventrem cū clisteribus lenitiuis vt cū lib. j. decoctionis communis cum. ℥. j. cassie τ. ℥. ß pulueris zucbari. Si vera materia in stomacho contineat dabimus cassie electe ℥. j. vel. ʒ. x. vel manne electe. ℥ ij. vel pillularuꝫ elefanginarū. ℈. iiij. vel biere sim. Gal. ℥. j.

¶ Tertia intētio est remotio male impressionis facte a corruptione ciborum τ cō fortatio stomachi vt verbigratia. Si q̄s comederit cucumeres cum aceto τ agresta preparatos ex quorū comestione imp̄ssa fuerit mala complexio fri. illā esset remouebimus cū inunctione olei de absynthio de spica cū vnguento stomacho etiam fomentando cum absyn. galanga squinanto τ capiēdo alias res stipticas τ bulliendo cū vino rubeo stiptico τ cuapo tare cū spōgea postea dare sirupos d menta de absynthio aromaticū rof. diagalanga diaciminū τ alia confortatiua stomacbum que supra sepius numerata sunt. ibi ergo recurras si istorum copiam vis sm diuersa ingenia τc.

¶ De cura fluxus ex dispositione aeris.



Similiter in ista cura tres intentiones obseruantur. prima est abscisio cause. scda est euacuatio. tertia cōfortatio membrorum laxorum.

¶ In prima intentione q̄ est abscisio cāe si proueniat fluxus ex forti fri. aeris opꝫ ponere infirmum in loco cal. τc. de alijs rebus non naturalibus semper contrariando cause vt etiam si ex cal. vel bu; fiat contrarium.

¶ Secunda intentio est euacuatio si aliquid de materia in stomacho cōtinetur que iam sit fluxa oportet ipsam euacuare: τ de hoc dictum ē supra puta de his que conueniunt ad hanc intentionem sicut est biera sim. Gal.

¶ Tertia intētio est membrorū que sunt laxa confortatio vt cōfortare cū stip. sm diuersitatem male complexionis videlicet cum vnctionibus vt cum oleo de absynthio de menta de mastice τ cum confectionibus sicut in fluxu cibali dictum est: quare τc.



Ex dictis Rasis τ Auicena cura difficultatis vrine reducitur ad duas generales intentiones seruato tā pri⁹ debito regimine sm varietatem cause. Prima intētio est abscisio cāe diuersitatis. secūda ē prouocatio vrine.

¶ Prima intentio sic cōplebitur qr pri mo ꝯriabimus cām τ in eius abcisione studebim⁹ vt si fuerit mala cōplexio fri. vsice tūc oportebit eā calefacere τ sic regimē p̄mo erit calefactiuū. Et facere clistería calefacientia τ inunctiones calefaciētes sicut postea dicetur. si ab oppillatione colli vesice oꝫ causam cōsiderare. Si enim fuerit apostema curabimus ipsum apostema cura apostematū sicut dicet. Si causa fuerit materia lapidea hec dicetur in cura lapidis quia oportet comminuere lapidem τ frangere ponit tamē in hoc casu vnum remedium Rasis qꝫ si non possumus cōminuere tūc debemus facere vt infirmus supinus iaceat τ eum conquassare τ diuersis modis pedes infirmi lauare in altum donec lapis a via vrine remoueatur. Si autem lapis sit in collo vesice τ nullo modo possit remoueri; tunc debemus facere vt infir

mus capiat siringam auream vel ar-
genteam ⁊ intromittat in vesicam ad ex
pellendum lapidem. vel accipiat cande-
lam ceream oleo intinctã ut melius per
viam flectatur ⁊ faciat similiter vt supra
⁊ hoc est singulare remediũ. Si vero cau
sa fuerit oppilatio facta a materia sanio
sa vel flegmatica vel sanguinis coagula
tione tunc fiat intentio in subtiliando ta
lem materiam: ⁊ in hoc conueniunt siru
pi aperitiui ⁊ subtiliatiui sicut est siru-
pus de duabus radicibus ⁊ de quinq̃
radicibus de eupatorio cum aquis ap-
propriatis vt feniculi apij. etiam confe-
ctiones valent vt diacurcuma dialacca
iustiñ. ⁊ etiam tiriaca mitridatum cum
modico vini. Si vero causa est ex parte
renum remoueatur mala dispositio renũ
Si propter apostema curetur cura apo-
stematis diuersificando remedia ſm ip-
sorum diuersitatem. Si vero causa sit ex
parte epatis curet mala dispositio epis.
¶ Secunda intentio vertitur ad eductio
nem vrine: nam dato q̃ causa sit abscisa
oportet tamen vrinam prouocare primo
incipiendo a leuioribus vt leuiter com-
primendo vesicam: ⁊ si hoc non sufficit
fiat suppositorium cum sale tbabarzei
vel salgemma in ano. ⁊ hoc quia lacerti
animalium communicant cum lacertis
colli vesice. capiatur etiam pediculus et
ponatur in extremitate virge: motu enĩ
suo irritabit virtutem expulsiuam. etiam
frustum cepi ⁊ allei irritant enim valde.
fiat etiam leuis fricatio cũ vngue in col
lo vesice prope anum. sed si hec non suffi
ciant tandem deuenire oportet ad diure
tica. Et horum quedam administrantur
per superius quedã p̃ inferius. Per infe
rius vero quedã ab intra q̃dã ab extra.
Ab extra vt iunctio pectinis cũ oleo scor
pionum cum oleo de lilio. calefaciunt
enim ⁊ dissoluunt ⁊ relaxant. etiam fo-
mentatiões facte ex paritaria sola quia
talem virtutem habet. vel ponere sena-
tionis id est cresonis cum dictis oleis fri
xando in sartagine deinde per se vel ad
intra petiam pectini apponere. calefacia
mus etiam tegulam vel ferream laminã
⁊ spargamus supra vinum calefactum
superponendo herbas humidas ⁊ pona

mus supra femur zirbus etiã adipinus
cum sua actuali caliditate positus supra
ventrem multum valet. Nicolus floren-
tinus recitat se habuisse a fidedigno. fit
etiam fomentatio ex rebus magis cali-
dis videlicet cum abrotano calamento
mentastro sauina fomentando cum spon
gia. Sed si ista non sufficiant oportet de
uenire ad balneum faciendo decoctionẽ
ex rebus supradictis ⁊ ponẽdo egrum
ad sedendum addẽdo etiam de prouoca
tiuis vrine. Ad intra vero per interius cõ
ueniunt clisteria ⁊ inunctiones imposi-
tiones per siringam. facimus enim cliste
ria ex decoctione ex qua facimus fomen
tationem vt accipiendo hierampigram
vel benedictam simplicem cassiam pul-
uerem zuchari cum oleo scorpionum vel
de lilio ⁊ facimus enema vel per p̃ sirin-
gam oleum scorpionum vel de lilio distil
lando: vel etiam oleum de ruta vel de spi
ca. Per superius vero conueniũt vt siru
pus de duabus radicibus vel de quinq̃
radicibus: etiam de eupatorio cũ aquis
feniculi sparagi. decoctio etiam quinq̃
radicum scilicet feniculi bruscbi sparagi
apij petrosilij ⁊c. decoctio etiam senatio
num: vt dicit Nico. multum vz. ⁊ etiã de
ipsis decoctis comedere de quo ipse hi-
storiam recitat quam tu vide. decoctio
etiam iuniperi singularissime laudatur
que tantum prouocat quod facit sangui
nem mingere ſm Dioscoridem decoctio
etiam sauine vz super omnia. etiam Ni-
co. singularissime commendat corticem
oui a quo pullus est egressus exhibendo
ʒ.ſ. corticis bene depurate a pellicula sua
Et ego dedi domine Marie de taconibꝰ
⁊ emisit. xij. vitrea vrina plena. est enim
hoc singularissimum remediũ. etiam ru-
bea tinctorũ vz. similiter cantarides am
motis capitibus ⁊ alijs sed sunt timoro
se: participant enim venenositate de qui
bus quidam scholaris illudens accepit
⁊ mortuus est. Gerardus multũ laudat
hmõi cantarides ⁊ cõponit hoc modo re
ceptam in qua ingrediuntur. Rx. spice. ʒ.
ſ. cantaridarum. ℈. iiij. cõterantur ⁊ de-
coquantur cum decoctione apij vel feni-
culi vel cum aqua cicerum ru. aqua etiã
rafani multum ab Auic. laudat. De cõ-

positis sunt cōfectiones vt dialacca dia curcuma iustinianū confectio de cineri bus scorpionum dando vsq ad.ʒ.j.ß.cū aquis appropriatis. ista enim sunt vsua lia. Si proueniat a coagulatiōe sangui nis vt exbibendo in forma sirupi oximel s.oximel compositū oximel squilliticum qđ est fortius vel coagulum leporis ⁊c.

¶ Cura lapidis renum.

Cura lapidis distinguit̄ fm di uersitatem loci. Alia enim est cura lapidis renum alia vesi ce. Primo igitur dicetur cura lapidis renum que duplici indiget regi mine.s.preseruatiuo ⁊ curatiuo. Preser uatiuum regimen debet corporibus que sunt parata cadere in hāc egritudinem. Curatiuū vero debetur corporib' actua liter egrotātibus. Regimen preseruatiuū consistit in quattuor fundamentis. Pri mum est probibitio multiplicationis bu moris flegmatici.⁊ boc qr materia fleg matica est causa lapidis seu materia ip sius. Secundum vero est q̄ si generetur talis materia diuertamus ne fluat ad re nes: sed versus intestina. Tertium est q̄ si aliquid ad renes trāsferit pbibere ne in renibus figatur ⁊ retineatur ne possit lapideari. Quartum est remouere seu re mittere calo.renū. que est causa effectiua lapidis.

¶ Quantum ad primum fundamentum oportet q̄ infirmus in regimine cibi tali ter se regat vt vitet omnia cibaria grosse substantie fri.⁊ viscosa. vnde vitet caseus maxime recens ⁊ lacticinea omnia ⁊ ci baria de pasta azima pres pingues ani malium ⁊ extremitates ipsorum ⁊ intesti na.carnes etiam auiū aquaticarum: ni mia etiā comestio ⁊ abundans sed dimit tat comestionem cum reliquijs famis et comedat cibaria optimum sanguinez ge nerantia.

¶ Quātum ad secundum fundamentum si multiplicetur materia flegmatica de bemus eam diuertere ad vias intestinoꝝ ⁊ in boc casu iubent practici alternis die bus vel bis in bebdomoda fieri clisteria lenitiua vt natura assuescat bas mate rias ad intestina transmittere. etiā semel in bebdomoda est bonum sumere bolum cassie:vt.ʒ.j. Quidā babent pro singula ri remedio cass.fistulatum quod vocatur diacassia.accipiunt enīz cassiā cū zucba. ⁊ cum decoctione liquiritie ⁊ seminis al cbecbengi exbibēdo semel vel bis in bеb domoda. tenet enim ven.lubricum. Qui dā etiam babent pro singulari remedio terbentinā dando ab.ʒ.ß. vsq ad.ʒ.j.qui dā enīz soluuntur a tali dosi ⁊ quidā nō. Juuamentum autem eius est maximum lenit enim ven.mundificat renes ⁊ vesicā est quidem singularissimum ⁊ expertum remedium.capit enim nebula ⁊ infundi tur in vino deinde in illa inuoluitur ter bentina ⁊ sic sumitur quia est res viscosa vel accipitur cum brodio galline: in illo enim liquefiat ⁊ sumatur. Quidā vtunt pillulis quibusdaz vt sunt pillule elefan gine dando pillulam vnam singula die vel alternis diebus:⁊ ita natura assuefit transmittere materias illas ad intestina ⁊ bec sunt quibus practici cōiter vtunt.

¶ Tertium fundamentum est vt si contin gat q̄ aliquid de materia flegmatica ad renes trāsmittatur debemus probibere ne in lapidem conuertatur:debemus er go dictā materiam a renibus expellere: ⁊ in boc conueniunt diuretica vt brodiū cicerorum rubeorum vt si bodie damus lenitiuum die sequenti exbibeamus bro dium ciceroꝝ ru.vt.ʒ.vj.vel.vij.vel.viij. multum enim abstergit renes ⁊ vesicam. Aliqui addunt de radice liquiritie qr mi rabiliter mundificat renes ⁊ vesicam vt dicit Auic.in capitulo de oppilatione re num:⁊ si ponitur de zucbaro magis con uenit.ius etiā galli decrepiti.ius etiam carnium cum zucbaro multum vt.etiam aqua lactis caprini exbibendo.ʒ.vj.post lenitionem.est enim multum abstersiua. etiam decoctio paritarie multuz facit in puocatione vrine ⁊ succus eius vel aqua decoctionis siue sublimationis eius.

¶ Quartum fundamentuz est remouere vel remittere calorem renum vt non fiat induratio materie vel exiccatio practici ergo communiter singulo die faciunt in unctiones renum cum oleo violato cum oleo cucurbitino ⁊ nenufarino. Unguen

adde et si sint fri. vt vnguentū sandalinum vnguentū galeni et vnguentū comitisse. practici tamē cōmuniter vitant qz vltra fri. habent virtutē stipticam etiam illa claudendo faciunt ad materie retentionē ¶ Regimen curatiuū debetur corporib⁹ actualiter habētibus dolorē. nam lapis per poros vritides transit et extēdit et dolorem causat descēdendo. oportet ergo vt administremus ea que vrinam prouocāt et lapides expellunt atq frangunt et que sunt aperitiua venarū qz facilius lapis descendit. Aui. oīa hec notat. Sz est cañ. aduertēdus ꝙ cū illa que administrant ad frangendū lapidē sint vt plm cal. et in stomacho inuenientia materias liquefaciendo illas. faciunt ad renes ꝑcipitare. debemus ergo ante horū administrationem exbibere boluz vnū cassie cum oleo amigdalaruz dul. vt vie lubrificent: et postea exbibere ea que frangūt lapidē. Horū aūt que frangunt lapidem quedam sunt que a proprietate frangūt ipsuz quedam vero que a manifesta qualitate. Inter ea aūt que valent a manifesta qualitate est pulegium: habet enim virtutē diureticam et aperitiuam et dissoluit lapidem. est etiam calamentum origanuz milium solis saxifragia etiā multū vz. radix etiā graminis: et quidā habēt ꝑ magno secreto facere decoctionē ex radice graminis. etiā amig. amare masticent et cū vino al. deglutiant. etiā nuclei cerasorum et persicorum. radicis petrosi. sparagi bruscbi feniculi apij cicerū ru. decoctio etiā multum vz. etiam aqua corticū fabarū. Item brodiū multe decoctionis radicū maluarum. De his aūt que a proprietate occulta valent primo laudat lapis iudaicus et magis in lapide renum ꝙ vesice: et potest secure dari: qz bonum saporez habet et nō horridum. cinis etiā leporis multū valet. capiat enī lepus et ponat in furno et ita exiccet vt puluerizari possit de quo puluere exbibeatur. valet etiam vitrum combustum ponendo ipsum ad ignem et extinguendo eum in aqua saxifragie et septez vicibus ignire et septem extinguere. commendatur etiam puluis ossis calcanei leporis. puluis etiam lapidum qui reperiuntur in cancris. vz puluis etiā lapidum limatiarum. etiam puluis ossium mandibularum lucij vz. et quidam medicus venet⁹ habet hoc pro secreto nec ab alio auctore reperitur positum. isti enim pulueres sunt in vsu et dantur cum vino albo vel aq̄ appropriata vel brodio. vz etiam aqua apij rafanix mellilotti. vz etiā cinis scorpionum et est multum fortis in frangendo lapidem. dosis eius est sexta pars. ʒ. ſ. idest. ℈. 5. vz etiam lapis spongie etiaz lapis qui exiuit ab homine puluerizatus multum frangit. s. renalis renalem vesicalis vesicalez: licet Gal. x. de simplici medicina dicat hoc esse mendacium. puluis etiam vermium terrestrium multum laudatur. os hominis humati puluerizatum et cum vino albo exbibitū audiui mirabiliter conferre dolori renali: seu lapidis: et hoc vtebatur quidam religiosus in seipso: habebat enim os vnū et cum lima limabat et de illa limatura cum vino albo sumebat et statim dolor quietabat. laudatur etiam ab Auicen. cortex lauri si bibatur. frangit enim sanguis hircinus: multum etiam laudatur capiatur enim hircus quattuor annorū et cibetur pluribus diebus cum herbis supradictis prouocantibus vrinam frangentibus lapidem et bibat etiā vinū maluaticum aromaticum et tempore Augusti decoletur et colligatur sanguis nō primus in ingressu neq vltimus. sed medi⁹ et hoc fit cum scutellis multis colligendo et primus et vltimus abijciatur et medius colligatur: et dimittatur coagulari et in frustra incidatur et sub diuo pastorali. i. in domo pastorali sub tecto vt dicit Aui. exponit et ita exiccatur et ponitur in alto ne a pulueribus tangatur. et pro hoc videas Auicen. et cōiter datur de eo vsq ad quantitatē. ʒ. ſ. laudatur etiaz super omnia ab Aui. quedam auis que dicitur cauda tremula que exiccatur in furno et in puluerem redigatur. Composita autem quibus practici communiter vtuntur sunt vt dādo Justinianum descriptū a Nicolao dictū a Justiniano imperatore patiente calculum et datur vsq ad. ʒ. ſ. vel. ʒ. ij. in mane cum vino albo cal. vz etiam limptuntripon etiam diolaca. electuarium descriptum a Nicolao effica-

dus est ꝛ omnia ista sumat ieiuno stoma
cho cū vino vel aquis appropriatis. ele
ctuarium etiam de cineribus scorpionuꝫ
est singularissimum ꝛ tenetur cōfectum
Papie ꝛ fuit positum in practica a me.
electuarium etiā ab Auicen. descriptum
quod dicitur manus dei non tenetur con
fectum vz. ꝛ de istis damus a.ʒ.ſ. vſqꝫ ad
ʒ.ſ.ß. Per inferius vero conueniunt cli
steria q̄ recepta in intestinis appropin
quant renibus ꝛ illa clisteria debemus
facere cū rebus anodinis. fit enim deco
ctio maluarum paritarie camomille mel
liloti fenugreci capil. veneris cum nota
bili quātitate butiri vel pinguedinis gal
line vel olei amigdalarum dul. vel ama
rarum. decoctione p̄dictarum herbaruꝫ
accipiē li.ſ. bñdicte simplicis descripte a
Nicolao.ʒ.ß.q̄ valet in passionib' renuꝫ
cuꝫ.ʒ.ſ.caſ.ꝛ ẽt.ʒ.ſ.zucbari ꝛ cū.ʒ.ß.olei
scorpionū ꝛ fiat enema. ꝛ etiam quia con
iungitur aliquando magna ventositas
potest addi de oleo anetino. potest etiam
fieri clistere ex solo oleo oliuarum ꝛ semi
ne anisi. potest etiam fieri cum aliis car
minatiuis ventositatis. aduertat tamen
cañ. vt nō pertranseamus lib.ſ. ne nimis
comprimantur renes ꝛ dolor augeatur
ꝛ fiant sepius huiusmodi clisteria. Per
exterius etiam conuenit facere inunctio
nes vt. Re. olei amigdalarū dul. pingue
dinis galline olei de amigdalis amaris
ꝛ olei scorpionū añ.ʒ.ß. valet etiā inūctio
ex solo butiro. etiam de isopo humida.
emplastrum etiaꝫ ex decoctione predicta
vel ex radice altee paritarie ꝛc. cum fari
na seminis lini fenugreci cum butiro ꝛ
oleo scorpionum vel amigdalarum dul.
multum valet etiam facere fomentatio
nes cum camomilla altea melliloto pa
ritaria malua ꝛ aliis predictis ꝛ cū spon
gia vel vesica apponere loco dolenti sed
vesica est excellentior. Per superius ex
hibeātur ea que habent huiusmodi intē
tiones vt brodia pinguia. laudat etiam
Auicen. vnam decoctionem vz. Re. deco
ctionis malue cāpestris vel altee.ʒ.viij.
butiri.ʒ.ſ. mellis colati.ʒ.ſ.ß misce. ꝛ de
istis detur frequenter ꝛ abundāter. ꝛ de
istis possum' exhibere vſqꝫ ad.ʒ.xx. ꝛ est
singularissima ꝛ experta. valet etiam ad
frangendum lapidem iste puluis. Re. ari
stologie longe alcbecbengi radicis saxi
fragie añ.℈.j. ꝛ detur.ʒ.j. cū vino albo.
Pro stomacho autem si est debilitata di
gestiua vt aliquando accidit in ista egri
tudine. Re. olei spice absyn. ꝛ mente añ.
ʒ.ß. gar. macis cinamomi cardamomi ro
sa. corallorum galliemuscate añ.℈.ſ. cuꝫ
modico cere fiat vnguentum ꝛ stomacho
apponatur. In primis etiam quando oc
currimus infirmo post lenitionem cū cal
sa conueniunt sirupi vt. Re. oximellis.
s.ʒ.ſ. sirup. aceto. compositi.ʒ.ß. cum aq̄
betonice vel saxifragie decoctionis etiā
saxifragie liquiritie granorum iuniperi
ꝛ milii solis fiat sirup. etiaꝫ sirupus com
positus de radicibus de eupatorio admi
scendo aliquid de siru. vio. vel de liquiri
tia ad remouendum eorum virtualem sic
citatem etiam siru. de bisantiis cum ace
to ꝛ aquis appropriatis vt saxifragie.

Cura lapidis vesice.

Cura lapidis vesice est eadem
cuꝫ cura lapidis renum nisi
q̄ fortiora conueniunt in la
pide vesice q̄ in lapide renū.
tum quia via est longior ꝛ la
pis durior sed quando lapis est indura
tus nihil est melius q̄ incisio que non de
bet fieri in commissura sed aliter in collo
vesice ꝛ nō in corpore vesice. postea extra
hatur lapis ꝛ non permittatur q̄ mate
ria egrediatur per illud foramen. postea
debemus incarnare cum incarnantibus
ꝛ consolidantibus. Pro cura auteꝫ apo
stematis renum ꝛ vesice vide Rasim ꝛ
Auicen. ꝛc.

De cura ardoris vrine.

Pro cura ardoris vrine due
generales intētiones sunt ob
seruāde. Prima vertit ad cau
sam ardoris. Scḋa ad ipsuꝫ
ardorē auferendum. ꝛ hoc cū
his que remittunt ardorem ipsius vrine

et remittunt sensum loci. ideo oportet primo considerare causam. Si. n. sit ex parte materie colerice admixte ipsi vrine pro cura eius sunt quattuor intentiones obseruande. prima est debitum regimen. secunda digestio. tertia euacuatio. quarta diuersio.

¶ Prima intentio que est debiti regiminis administratio complexionaliter infrig. quia materia vt patet est cali. oportet ergo vt patiens abstineat se a cibarijs calidis amaris et acutis safregedi iaphceos. i. cibaria cum rebus fri. administrentur. laudantur ergo herbe infrigi. vt lactuca portulaca cicorea endiuia et alie herbe infrigi. laudantur etiam malue et spinachia. quia sunt lenitiue et lubrificatiue. plures etiam ex ordeo et sunt quidam qui ex solo vsu malue liberati sunt. bleta etiam conuenit. aqua etiam zucbari cum iulepus. Malua

¶ Secunda intentio est digestio materie colerice que fit cum sirupo violato endiuia etc. Et nota quod sirupus acetosus est vitandus. quia vlcerat.

¶ Tertia intentio est euacuatio que non debet fieri cum medicina scamoneata sed cum manna cassia vel mirabolanis citrinis vel in infusione.

¶ Quarta intentio est diuersio humoris colerici a vijs vrine et ideo singulis quattuor vel quinque diebus debemus dare cassiam vel elm ex cassia et cum zucbaro ex bibendo partes equales et dissoluendo cum decoctione appropriata vt quattuor seminum coium etiam sebesten alcbecbengi et est singulare: quia complectitur duas intentiones. s. diuertendi a vijs vrine et infrig. dando singulo die vel alternis diebus duo coclearia vt natura assuefiat transmittere ad vias intestinorum aqua etiam lactis caprini est singularissima vt natura diuertat et transmittat superfluitatem colericam ad intestina: de qua detur semel vel bis in hebdomada. et lac caprinum euacuat materias baraucbias vel nitrosas et et quia lac est multiplicatiuum vrine et ita propter multam quantitatem vrine colera permixta non tantum pungit vt dicit Aui. et quando non sunt vlcera melius est prouocatio vrine procuius varia expositione vide Conciliatorem vtrum diuretica conferant ardori vrine. et magister Jo. mattheus gradi de mente Nicoli non vult quod conferant diuretica. laudantur etiam clisteria que participant duplici virtute. s. lenitiua et remissiua acutatis vrine. et talia fiunt ex decoctione maluarum violarum matrum violarum nenufaris foliorum salicis ana. M. j. cassie. ℥. s. zu. ℥. j. olei violati. ℥. ij. Si autem fuerit materia flegmatica salsa debet euacuari cum rebus sibi appropriatis vt cum terbentina que indistanter diuertit a vijs vrine et remittit acutatem cum qua mulierem quandam que longo tempore passa fuit hanc egritudinem cum solo hoc remedio mirabiliter curata fuit lauando dictam terbentinam cum aqua oliuarum et endiuie vt acuitas remittatur et est singularissima in hac egritudine sicut absynthium est singularissimum in mala dispositione fri. epatis vel prassium. etiam faciendo aquam et cum hoc curaui quandam mulierem que per multos annos passa fuerat hidropisim. s. cum sola comestione absynthij diuersis modis exhibiti. oportet ergo quod primum possumus diuertamus dictam materiam a vijs vrine ne antiquetur ista egritudo et ne natura assuefiat transmittere has materias ad renes et vesicam et ideo illa terbentina facit ad diuertendum per secessum et etiam remittit acuitatem vrine quando transit per viam illam. Si vero sit ab excoriatione existente in membris vrine vt in vesica vel in poris vritidibus cura eius est consolidatio et in hoc casu conuenit dare boliar. ʒ. s. vel dare tro. de terra sigillata de carabe cum aqua solatri vel plan. Terbentina cu aqua endiuie Absynthiu

Si vero causa sit vlcus due requiruntur intentiones. Prima est abstersio vt cum aqua zucbari aqua decoctionis seminum fri. et aqua lactis asinini vel caprini. Secunda intentio est consolidatio. cum enim amplius non egreditur sanies sed sanguis indigemus consolidatione vt cum tro. de carabe et alijs supradictis. Si vero ardor proueniat ob effectum humiditatis tegentis vesicam: tunc oportet administrare cibaria viscosa et cibaria de pasta vt lagana et similia vt tegant vesicam etc. Secunda intentio principalis est remissio ardoris vrine que multotiens debet a principio poni in opus practicum. aliquando. n. est

ita intensus dolor vt patiens nunq̄ pos-
sit quiescere: remouetur autem cum his
que infri. et remittunt actiuitatem vrine
et cum his que hebetāt et remittunt sen-
sum vesice et aliarum viaruʒ ne talis ar-
dor sentiat̃. Istorū aūt quedā p superius
quedā per inferius administrant̃. Per su
perius conueniūt siru. infri. et humecta-
tiui vt siru. vio. cū aqua lactuce portula
ce solatri et endiuie. Si fortius volumus
exhibemus sirupū de papauere simul cū
vio. et cū decoctione seminū cōiuʒ fri. ver
bi gratia. Rx. siru. vio. ℥. ʃ. sirupi de papa
uere. ℥. ʃ. cū decoctiōe prunorū tamarin
dorū sebesten simul miscēdo cum sirupo
quantū sufficit puta. ℥. iij. et et confectio-
nes. s. vt zucharum vio. rosa. et de p̄dictis
siru. demus vnum in mane et vnuʒ in se-
ro. Puluis singularissime descript⁹ in li
tera a Rasi vʒ. sciʒ seminis iusquiami et
papaueris. al. ʒ. ʃ. cū aq̄s lactu. et portula
ce in mane exhibeat̃. Si fortiora volum⁹
sunt tro. de alchalhēgi descripti a Me-
sue et est singulare remediū dando de eis
ʒ. ʃ. hñt. n. virtutē stupefactiuā et diureti-
cam et multum valent in remissione acui
tatis vrine. Per inferius valent clisteria
ex decoctione maluaꝝ vio. matrū vio. etc
cū cassia et zucharo et oleo vio. exhiben-
do omni die duo coclearia vnum in ma-
ne et vnum in sero. Valēt etiam ea que p
siringā immittunt̃ de quib⁹ singularissi-
ma sunt vt lac humanum caprinū et oui
nū: qr tale lac miscet̃ cū vrina et sua hu-
miditate obtūdit vrine acuitatem. singu
lare aūt est albumen oui conquassatum
donec tota viscositas sit remota et de ta-
li mittimus in virgā vel miscemus cū de
coctione papaueris vel cuʒ lacte. mucila
go et psilij ē singularissima infundendo
in aqua fri. p sex horas de semine psilij
postea ex tali psilio emanat q̄dam hūidi
tas viscosa q̄ mucilago appellatur. est
n. singularis in sedatiōe omnis doloris
acuti. vʒ et mirabiliter in maximo dolo
re hemoroidarum de qua maximam ex-
perientiam fateor habuisse etiam in do-
lore podagrico multum valet a causa ca
li. vt expertus sum. Si ergo talis humi-
ditas siue muicilago in virgam per sirin
gaʒ immittatur prodest multum. Si for
tius volumus possumus immittere tria
vel q̄ttuor grana camphore. et si adhuc
fortius vnum granum opij vel. ℈. ʃ. alche
chengi dissoluti in aqua papaueris acci
piatur. et imponatur. teneq; etiam virgā
in lacte vel decoctione papaueris albi.
vʒ inungere etiam sumen cum oleo de sa
licibus violato de nenufare ponendo in
istis aliquantulum camphore. balnea et
ex decoctione foliorum salicis vitis mal
uarum violarum matrum violarum or-
dei et cum vesicis hac decoctione pleni⁹
vaporare sumen vel balneare multū va-
let. quare etc.

¶ Cura mictus sanguinis vel saniei.



Aliquando mictus sanguinis
fit propter nimiam repletio-
nem san. et ex defectu superio
rum cum natura querit se ex
onerare. aliquando propter
aquositatem ipsius sangui-
nis. aliquando propter colericitatē. ali-
quando propter putrefactiōem ipsi⁹ san.
vt in sinocha. aliqñ propter malam dis-
positionem epatis pp̄ter defectum dige
stiue et sequestratiue eius. aliquando ac-
cidit ex defectu membrorum vrinalium.
Mictus etiam saniei pōt contingere ex
parte superiorum et inferioruʒ aut pp̄ter
rupturam vene. Si a superfluitate pue-
niat non est restringendus nisi superflu
at. et si per viam crisis etiā non est restin
gendus nisi superfluat. Si vero a mala
dispositione epis vt debilitate sequestra
tiue pueniat tūc rectificādū est epar. Si
vero a debilitate sequestratiue renū tunc
opʒ curare renes et restringere san. cū in
unctionibus stip. vʒ cū oleo martino ro.
de citonijs. Itē cū stipticis faciendo deco
ctiōes cum aqua ros. plan. aqua calibea
ta seu ferrata. et cum. d. balaustiaruʒ gal
larū hipoquistidos. Vnguenta etiam cō
ueniunt vt vnguentū de anthera idest de
semine rosarū vnguentū. Gal. san. co-
mitisse. Per inferi⁹ similiter exhibēdo ea
que habent virtutem stipticaʒ vt est siru.
rosa. martinus de cito. cum aqua solatri
plan. lactuce et ros. etiaʒ confert dare bo
liar. ʒ. ʃ. cum p̄dictis siru. trocisci etiā de
charabe de terra sig. de spodio cū se. ace.

descripti a Rasi multũ valent ⁊ inter ce tera cõfortando renes Aui. ponit vnum singulare remediũ. scilicꝫ lac ouinum. ⁊ dicit ꝙ non habet sibi simile in confortã do renes. ⁊ ita practici dant de isto lacte ouino ad quãtitatẽ. ℥. iiij. vel. vj. stoma cho vacuo ⁊ miscent. ʒ. j. boliarmeni. ⁊ hoc expertus sum. Est tamen precipien dum ne post assumptionem lactis dor miat nec exercitet. Si vero fiat ab exco riatione propter incessum lapillorum a natura consolidatur ⁊ rectificatur ⁊ de isto non multũ curamus. Si tamen vide remus ꝙ sanguinis mictus continuaret tunc fiat intentio solius consoldationis: ⁊ in hoc casu damus trociscos de chara be cum aqua plan. ⁊ boliarmeni. Si fiat a percussione vel a casu prima intẽtio est diuersio: ⁊ in hac competit flo. basilice q̃ primo respicit epar ⁊ ita diuertimꝰ. Se cunda intentio est cõstrictio vt dãdo tro ci. de charabe de terra sigillata de spo dio cum semine acetoso dando de omni bus ad quantitatẽ. ʒ. ſ. cũ aquis solatri plan. itẽ cum boloarmeno facimus etiã inunctiones supra locum dolentem: cuꝫ oleo ro. mirtino vnguento Gal. vel cum alijs puluéribꝰ stipticis. Si sanies egre diatur prima intentio est absterſio quaꝫ etiam nobis insinuat Rasis si fit calidi tas ⁊ inflammatio cõuenit aqua lactis zuchari or. vel cicerum rub. Secunda in tentio est consolatio ⁊ in hac ꝑ superius conueniunt tro. supradicti. per inferius collyrium quod ponit Rasis multũ va let. predicti etiam tro. dissoluti cũ aliqua aqua appropriata iniecti cuꝫ siringa in virgã multum valent: quare ⁊c.

¶ Cura inuoluntarij exitus vrine.



Circa hoc capitulũ nota ꝙ Rasis sub hoc capitulo cõ prehẽdit quattuor capitu. ab Auic. in quattuor locis posita. s. capituluꝫ de inuo luntario exitu vrine. de his qui mingũt in lecto. de diabete. de multitudine vrine

Nota secũdo ꝙ diabetes est multitudo vrine non tamen quelibet immo requi runtur alique cõditiones. Prima ꝙ sit cum siti intensissima: ita ꝙ non possit cũ potu extingui. Secunda ꝙ aqua que sumitur ita egredit̃ sicut sumitur eo mo do quo in lienteria: cibꝰ in qualitatibꝰ cum quibus sumitur egredit̃. Tertia ꝙ sit frequentissimus exitus vrine adeo vt quasi continue egrediatur vrina. Mul titudo vero vrine est q̃ñ est magna vrine exuberantia ꝙ si cũ ea coniũgitur sitis: tamẽ est remissa ⁊ extinguibilis. Ista ta men passio dibetica raro accidit adeo ꝙ Gal. dicit se tantũ bis vidisse. No. ꝙ ma gister Frã. de busti mediolañ. l dicta ciui tate Mediolani anno. Mcccclxxxi. ha buit in cura quandã puellam annorum. xviij. que passa est superfluum fluxũ vri ne adeo ꝙ singula die mingebat boca lia. xvj. vrine ⁊ continuauit per. lx. dies. ⁊ illud quod sumebat inter cibum ⁊ po tum non ascendebat ad quantitatẽ bo caliũ. iij. ⁊ pꝫ manifeste ꝙ si totũ corpus dissolutum fuisset non ascẽdisset ad quã titatem tantam: qua de re medici medio lañ. querentes inter se cãm. Joã. marlia nus reddit illã dicens ꝙ aer qui erat in porositatibus corporis istius ⁊ alie hu miditates corporis ⁊ in mẽbris ex dispo sitione corporis eius conuertebantur in aquositatẽ vrinalẽ: ⁊ tandẽ puella libe rata fuit nec erat multum extenuata. Jdõ dicendũ est cum Auer. quinto colliget ꝙ in medicina fiũt mõstra sicut in materia. In cura fluxus vrine prima intentio est abscisio cause. scđa mẽbroꝝ vrine confor tatio. Prima intentio diuersificat̃ ſm di uersitatẽ causarũ. Si proueniat propter cibũ ⁊ potũ opꝫ abscindere cãm. Si pro pter frigus extrinsecũ idem est faciendũ. Si propter debilitatẽ epatis ⁊ maxime hidropisis asclitis dictum est supra in cu ra debilitatis epatis: oportet enim recti ficare epar. Si causa fuerit relaxatio la certorum colli vesice fiat intentio curan di cum his que dicta sunt in cura parali sis. Si vero causa sit caliditas renũ fiat infrigidatio renum per interius ⁊ per ex terius vt cum succo granatorũ limonũ.

Et cum virtus contentiua debilitaꝫ stat intentio confortandi per intertus cū frigidis stip. ꝛ Rasis laudat puluerem cuiusdā sim. vt olibani. ℈.j. vl.ʒ.ß. cū aqua absyn. vel vino coriandri preparati spodium glandis assate ꝛ puluis carū. Cōposita sunt sicut tro. de spodio cū se. acetose tro. de terra sigillata tro. de balaustijs. Dosis est.ʒ.j. cum vino vel aqua absyn. Aui. ponit in.c. de diabetica passione. Et sepe istis vsus fui. ꝛ l.c. de distillatione vrine laudat electuariū quoddā in quo ingrediūtur omnes species mirabolanorum. Si propter relaxationē lacertoꝝ datur acorus conditus ꝛ diacorus. Si propter cām calidā debemus infrigidare ꝛ stipticare cū siru. de agresta de limonibus de acetositate citri cuꝫ aqua portulace lactuce. etiā cū spodio coralis etiā possumus infrigidare cū vnguento vel de anthera sandalino Gal. ꝛ possum⁹ dare succum plan. ꝛ alioꝝ herbarum vel acorum cū aqua plan. ꝛ ponere res frig. stip. vt rosas balaustias spodiū. Aliquādo stat maior intentio infrigidādi vnde ponitur eger in balneo rerum frigidarū quare ꝛc̈.

Cura vermium.



Duplex regimen in cura vermium obseruatur. s. preseruatiuū ꝛ curatiuū. Primuꝫ regimen debetur corporib⁹ aptis in hāc egritudinē cadere: ꝛ in hoc regimine prio debem⁹ precipere vt vitent omnia cibaria viscosa ꝛ mām flegmaticā multiplicantia: ꝛ hunc cañ. in pri. posuit Aui. oꝫ eñi vt flegma extrahatur a corpore ꝛ mundificētur intestina: ꝛ iō Rasis laudauit vt detur panis cum sinapi ꝛ hoc qꝛ sinapis sui caliditate facit ad consumptionē materierū flegmaticaꝝ. tñ si istud non sufficit opꝫ digerere flegma ꝛ euacuare. ꝛ p hoc recurre ad capitulum de colica ꝛ de debilitate stomachi.

In regimine aūt curatiuo quinqꝫ reqruntur intentiones prima est debitū regimen. scda necatio vermium. tertia eoꝝ expulsio quarta prohibitio ascensus ad superiora. quinta diuersio ad inferiora ꝛ diuersio a principalibus.

In prima intētione nō possum⁹ dare regulā gñalem qꝛ nūc vnū intendimus nunc aliud. Aliqñ enim intendimus interficere vermes ꝛ tūc precipimus vt corpus stet famelicū postea exbibeatur medicina eorum interfectiua vt vermes postea ad eā perueniant. Aliqñ principalr intendimus remouere eoꝝ seua accidentia: ꝛ tunc opꝫ eis dare cibū gratum vermibus ꝛ conuenientem: qꝛ ipsi cum sint famelici mordicant ventrem ꝛ ascendūt aliquādo. Si tñ volum⁹ prohibere augmentum flegmatis debemus cibaria calida ꝛ sicca administrare. Si vero voluimus diuertere ad inferiora dabim⁹ acetosa acuta ꝛ amara.

Scda intentio q̄ est vermiū occisio cōpletur cū his que contrariantꝫ cōplexioni ꝛ materiei ipsorum. s. cum cal. siccis ꝛ amaris. ideo opꝫ vt illa que interficiunt vermes sint calida ꝛ sicca in tertio. etiaꝫ cū his que a proprietate contrariantur. Domesticū autē ꝛ vsuale est cornu cerui vstum qd ponunt auctores maxime Albertus magnus in libro de animalibus cap. de ceruo. ꝛ per adustionē non acquirit neqꝫ amittit virtutē suaꝫ. sed hoc faciunt apothecarij vt melius in puluerē redigāt ꝛ exbibēt ad quātitatē.ʒ.j. ꝛ istud est gratū gustui absynthiū etiā in hac intentione multū cōmendaꝫ: quia sua caliditate ꝛ amaritudine vermes interficit. folia etiam persicorum sunt multū vsualia contundendo ea ꝛ de eoꝝ succo dare ad bibendū vel ponere supra stomachū lupini etiā multuꝫ valent exbibendo de aqua decoctionis eoꝝ. quia sunt multū amari faciendo etiā emplm̄ de eoꝝ farina. mētastrū etiā ab oībus laudatꝫ quia hꝫ virtutē vermiū interfectiuā. semen & caulium contundendo ꝛ exbibendo. ʒ. ß. semē etiā apij alleū a Rasi ꝛ ab Auic. laudatur similr vinum simplex qd dicitꝫ ferax de quo loquitur Rasis decimo cōtinentis. ꝛ est filix masculus ꝛ cognoscitur a femina qꝛ habet certas maculas in inuersa parte folioꝝ ꝛ ei⁹ radix ē grof

interfectiva vermium

Cornu Cervi
Absinthi
Folia persi
lupini
mentastrum

sa ad modum brachij et habet secundum longitudinem innumerabilia capita radicum eius enim decoctio necat vermes siue sint magni siue parui. Radix etiam graminis singulariter valet: vnde mulieres communiter exhibent decoctionem graminis. nullus tamen auctor auctenticus ponit de radice graminis: nisi Ras. xx. continentis dicens quod decoctio graminis vz contra torsionem a vermibus prouenientem. commendatur etiam scea sando nicum vel cetonicum semen sanctum semen alexandrinum herba granella semencina geminalmarina. hec est hoc nomina sunt sinonima et est species absinthij. mulieres communiter exhibent de isto semine contrito. et Nicolus eum laudat et appellat eum semen alexandrinum vel semen sanctum. Aliqui dicunt quod non est idem sed differunt.

¶ Tertia intentio est vermium expulsio. interfectis enim vermibus oportet eos a corpore expellere. Si enim retinerentur mortui in intestinis: vt dicit Aui. essent causa seuorum accidentium quia ab eis eleuantur fumi putridi et venenosi. Euacuamus autem cum his que expellunt vermes et inimicantur eis vt aloe et absinthio pillule composite quas laudat Auice. sunt singulares in educendo et interficiendo vermes. Item reubarbarum dando. ʒ. s. vel. ℈. multum enim confert quia necat vermes et etiam expellit licet a nullo inueniatur quod necet vermes. sed potest ratio persuaderi quia omne amarum vz in cura vermium et reubarbarum est amarum. et quia vt in pluribus complicatur lubricitas ven. et quia reubarbarum est stipticum etiam vz lubricitati ven. et in confortatione stomachi. etiam quia vt plurimum complicatur se. et reubarbarum euacuat hu. corruptos: et vt dicit Auicen. secundo can. confert fe. antiquis et habentibus periodos. confert etiam morsui venenosorum animalium et serpentis Et quantitas potus eius est sicut quantitas potus agatur. ideo his rationibus concluditur quod confert vermibus et est medicina benedicta que potest dari infantibus et pregnantibus. agatur. etiam vz propter sui amaritudinem sed non sic vz vt reubarbarum nec ita omnibus datur. oleum etiam olfacinum quod fit ex oliuis immaturis vz ad necandum vermes in magna quantitate exhibitum et multis vicibus. facit etiam ad eductionem sua lubricitate et sua amaritudine eos necat. Si vero timeremus ascensum vermium non ponas illud oleum olfacinum in clisteribus quia magis ascenderent quia fugiunt ab eo. Composita sunt aloes cum absinthio vel cum diaprunis. s. cum radice eius hiera. s. Sal. pillule etiam communes sunt singulares scilicet composite ex aloe myrra et croco. etiam pill. de hiera. s. et vniuersaliter quecunque participant amaritudine et leui stipticitate conueniunt.

¶ Quarta intentio est prohibitio ascensus vermium ad partes superiores. hec autem completur confortando stomachum cum stip. vt inungere stomachum cum oleo de cito. de absinthio de sumach de semine portulace de corticibus granatorum stipticando ven. damus et amara per superius quia vermes fugiunt amaritudinem. conueniunt et omnia acetosa. et acetum forte est singularissimum contra vermes. Facimus et emplastra et vnguenta supra stomachum vt facere vnguentum ex succo absinthij et abrotani cum felle vaccino. Emplastrum fiat isto modo Accipe bucellam panis et bene asset deinde infundatur in aceto fortissimo: postea exprimatur leui expressione donec veniat ad formam vnguenti. vel aliter admisce de corticibus granatorum de succo absinthij et alijs appropriatis et fiat emplastrum. isto enim sepius vtor.

¶ Quinta intentio est attractio vermium a partibus superioribus ad inferiores et ista perficitur faciendo suppositoria grata vermibus. Quidam habent pro singulari clistere ex lacte calefacto quia vermes delectantur lacte et descendunt ad intestina. Alij autem vituperant lac quia facile coagulatur et corrumpitur propter fe. ideo magis vz secundum ex brodio carnium et melle ponendo. ʒ. j. mellis si non est fe. et si esset fe. ponendo. ℥. s. zucchari. delectantur enim vnctuosis et propter dulcedinem trahuntur ad inferiora membra. Si autem sint vermes in ano confert suppositorium de coto inuoluto ex oleo olfacino vel oleo simul cum aloe vel cum felle vaccino. Est et vnum ingenium expertum capiatur caro pinguis porci salita et filo appendatur et ponatur in ano, oportet enim mesad illam cor

nem conuertuntur et adherebunt: qua ex
tracta extrahentur: et eodem modo valet
omnia clisteria vermes interficientia qua
re etc.

¶ De cura superflui fluxus hemo
roidarum.



Ro cura hemoroidarum nota
quod alia cura debetur hemo-
roidibus fluentibus alia non
fluen. alia dolorosis alia non
dolorosis. Pro cura fluentium
duo can. sunt obseruandi. Primus quod non
debent a prin. restringi nisi quousque ni-
mium fluat: quoniam corpus cum huiusmodi
fluxu preseruatur a multis egritudinibus
Si vero videatur propinquitas sincopis et
color san. variet de malo ad bonum et vi
deatur debilitas et mollities tunc debemus
restringere. Secundus can. est quod semper
debemus intendere ad ven. lubricitatem
dando brodium carnium in clisteribus vel
cass. vel brodium caulium et hoc quia feces in
durate magnum causant dolorem in egres
su suo. Quibus obseruatis quattuor in
tentiones sunt obseruande. prima debi-
tum regimen. secunda diuersio. tertia restri-
ctio. quarta confortatio et san. rectificatio
¶ Prima intentio completur per stiptica
et eam docet Rasis quando dixit esse al-
terantia cibaria cum sumach: sintque frigi-
da et stiptica.
¶ Secunda intentio completur per flobotho-
miam vene basilice et est vena epatis quia
epar est fons san. et talis extractio debet
esse copiosa et sit ad oppositum: ideo lauda
tur illa basilice. Item flobotomia salua
telle in manu. Item appositio ventosa-
rum in hypocundrijs et in regione epa-
tis et in spatulis et in adiutorijs brachio
rum. etiam balnea extremitatum et fricatio-
nes dolorose. etiam ligature extremita-
tum superiorum.
¶ Tertia intentio completur per ea que restrin
gunt vias et ingrossant san. et immobili-
tant cum interius et exterius applicatis. Per
interius cum siru. vt sirupi fri. et stip. vt sunt
ro. mirtinus de succo acetose de granatis
de citonijs cum aqua plan. acetose ro. so
latri. confectio ex zuccharo ro. cum b oloar

vel dando in mane per duas horas ante
cibum vel ponendo de lapide ematitis de
corallis ru. et cum sirupo de granatis mi
scemus in modum electuarij et ea exhibe
mus. etiam trifera ex arte ferronis. etiam de
scoria ferri quod laudat Rasis in primo cap.
et est multum vsuale. Et nota quod scoria ferri
est spuricies ferri. squama vero que sepa
ratur a ferro cum super incude ferrum mal
leo percutitur. limatura vero que cum li
ma diuiditur. Simplicia sunt vt corrali
rubei lapis ematitis bolus armenus. dan-
do vsque ad. ʒ. j. Nicolus ponit vnum sin-
gulare quod est expertum et vsuale suma
tur squama ferri et subtilissime puluerize
tur et bulliatur in aceto postea exiccetur.
et hoc fiat quater postea exhibeatur. Et
dosis eius sit a. ℈. j. vsque ad. ij. vel. iij. dan
do bis vel ter in hebdomoda de dicto
puluere. valent enim in confortatione sto
machi epatis et rectificatione humorum
Et quando ista non sufficiunt debent alia
vsualia dari vt tro. de charabe de terra
sigillata de spodio cum se. acetose. magis
tamen vsuales sunt tro. de charabe et de
terra sigillata. Aliquando autem nos oportet ad
stupefactiua deuenire: et vsualia sunt si-
cut athanasia Nicolai filonium persicum
dosis atanasie est a. ʒ. j. vsque ad. ℈. iiij. Per
exterius vero conueniunt balnea stiptica
cum rebus fortiter stip. vt cum corticibus
et floribus granatorum sumach. et alijs
stipticis extinguendo aliquando ferrum igni-
tum. Et pulueres et emplastra. Et vnum sin
gulare est emplastrum de citonijs quod fit deco-
quendo citonium sub cineribus ponendo
de boloar. et de alijs stip. vsualibus vt de
sang. dra. dragaganto balaustijs gallis.
Et conuenit emplastrum Nicoli flor. in hac cu
ra et est tale. Rx. aloes thuris boliar. san.
dra. pilorum leporis subtiliter incisorum
et cum albumine oui et tela aranea misce
Item Nicolus laudat cinerem sotulariorum
combustorum. Gal. etiam quinto de inge. sa
nitatis ponit emplastrum quo melius credit
non posse in restrictione sang. excogitari
quod fit ex aloe olibano et albumine oui.
Est etiam quoddam secretum Siringelli et
est puluis de subere. i. cortice quodam gros
so poroso leui ex quo fiunt pantofole. com
buritur enim dictus cortex et pulueriza-

tur: deinde cū aliqua re appropriata fiat ano emplm. Item Nicolus ponit vnum emplm & ē de cinere buffonis qđ posit᷑ supra bemoroidas retinet sa. & remouet dolorē & delet eas. & dicit qȝ venenositas deletur per adustionem sicut etiam in cinere scorpionum: & est in eo securitas.

¶ Quarta intentio est rectificatio san. & debet considerari si sit propter nimiam quantitatem san. fiat minutio & dieta sit tenuis dimittēdo carnes oua &c. Si propter nimiam aquositatem san. vtatur dieta exiccatiua & calefactiua. Si propter nimiam quantitatem colere vel flegmatis bumor digeratur & eūetur cum appropriatis vt dictū est in capitulo de fluxu san. nariū Nota etiā qȝ valet vnū singularissimum emplm. s. comitisse applicatum supra anum quod tenetur confectum & istud describit Bartholomeus de varignana: quare &c.

¶ Cura tumoris bemoroidarum siue cecarum bemoroidarum.



In cura tumoris bemoroidarum diuersimode procedim⁹ sm diuersitatem intentionū. aliqñ enim dolori intēdimus si enim nihil de materia egrediatur: tunc vehemēs contingit dolor qr a vena chilis quinqȝ oriuntur vene que ad anum terminantur & intestinū rectū & sunt ibi quedam pellicule cooperiētes orificia predictarum venarū que sunt maxime sensibilitatis: & ad quarū extensionem intēsissimus dolor causatur. Item itimus aūt dolorē cū localibus que si nō sufficiunt. opȝ procedere cū his que san. fluere faciunt. aliqñ vero intendim⁹ eas exiccare & ita diuersimode procedimus. primo ergo intendimus dolorem mitigare. secundo vero eas exiccare. Sunt tamē primo aliqui cañ. obseruandi. Primus cañ. qȝ si non fuerit dolor nec apostema: nō est necessitas curationis. & hoc quia pp̄ter remedia fortia qñqȝ deuenitur ad prauas egritudines. s. cancrum vel fistulam. Secūdus cañ. est qȝ in cura huius egritudinis sit studium in lenitione ven. quia cum feces indurare egrediūtur maximum causant dolorem in egressu suo sua asperitate. & sic fit humorum attractio ad locum. lenitio autem fiat cū brodio carnium vel cum cass. fistula vel cum decoctionibus leuibus vel cum brodio caulium. Tertius cañ. est opȝ vt rectificetur corpus vt magnus sang. euacuetur. Istis stantibus oportet primo diuertere humorem fluentem. Et in hac intentione laudatur flobotomia basilice & flobotomia saluatelle que est inter anularem & auricularem. etiam administratio ventosarum in spatulis & ligature dolorose in adiutorijs brachiorū & alie diuersiones vt positiones extremitatum superiorum in aqua calida. Ad doloris etiam remissionem valent anodina supra locum applicata in forma vnctionum emplastrorū & vnguentorum. De vsualibus primo est oleum vio. quando sentitur calor & ardor sicut euenit in actu practico. oleum etiaȝ ro. vitellum oui cum oleo vio. incorporatum ita vt reducatur ad formam emplastri & extensum super panno lini ano applicetur. vȝ. etiā multum medulla panis infusa in lacte cum vitello oui que simul ponatur ad bulliendum postea ad misceatur albumen oui. valet etiam oleum de semine lini oleum crisomilarum & etiā ponatur cum crisomila oleum decoctionis lumbricorum terrestrium. oleum etiā procelionum. i. panaroles. singularem enim habent proprietatem in mitigatione dolous si cum adipe galline contundantur & cum butiro incorporentur & in forma emplī redigantur & ponantur supra locum sedant enim dolorem illico vt dicit Nicolus. vȝ etiam oleum decoctionis scarabeorum si contundantur & cum oleo fiat emplastrum & sint olea predicta vel amigdalarum dul. Rasis xj cō tinentis dicit capiatur mellilotum & in aqua ponatur & bulliat donec dissoluāt & misceatur cum farina fenugreci & cum aliqua pinguedine vt anatis vel galline & in forma emplastri redigatur. Siringellus vtebatur hoc remedio videlicet capiatur suber qđ ponitur in solis planelarū de quo supradictum est cōburatur & puluerizetur & cum aliquo oleo appropriato vt de semine lini vel vitello oui empla

N

stretur hoc enim maxime iuuat in miti-gatione doloris. Joan. mattheus gradi utebatur limatijs que sunt naturaliter sine testa decoquantur in oleo violato et contundantur: deinde cum farina se. lini vel fenugreci fiat emplastrum bene in corporando. Et etiam unum singulare et expertum remedium a me. s. facere ut infirmus sedeat in balneo anodino quod remittat acuitatem: videlicet faciendo de coctionem maluarum vio. matrum violarum mellilotti fenugreci camomille floribus altee florum tassi barbassi seminis lini in qua decoctione sedeat infirmus. et ubi sedere non posset fiat epithima cum pannis lineis madefactis in dicta decoctione et loco dolenti applicatis et misceatur etiam flores nenufaris stipita papaueris al. semen eius et cortices semen iusquiami. confidens in virtute discretiua consequitur intentionem mitigationis doloris. Quando autem ista non sufficiunt ad stupe. deueniendum est quorum usualia sunt primo suppositorium ex filonio ro. cum coto vel ponendo more emplastri supra locum. vel etiam athanasia Nicolai. vel etiam hoc emplastrum. Re. unguenti populeonis. ℥. j. vitellum oui unum opij. ʒ. j. vel usque ad. ʒ. ij. croci parum simul misceantur et in forma emplastri redigantur. mitigat n. dolorem sed non fiat nisi in intensissimo dolore. Si autem ista non sufficiunt oportet hemoroidas aperire faciendo fluere sanguinem: quia euacuatio sanguine cessabit dolor. Aperimus autem cum diuersis ingenijs. Primo cum fricatione cum re asspera poros dilatante ut cum folijs ficus etiam cum paritaria et si est tempus hiemis ita quod folia non inueniantur pannus asper accipiatur fricando cum hoc donec locus apperiatur Et oportet nonnunquam ad fortiora deuenire ut si fumatur pulpa coloquintide et infundatur in oleo amigdalarum amararum et applicetur. aperit enim in quinque horarum spatio. Ad hanc etiam intentionem laudat Aui. stercus columbinum cum saxifragia. succus cepe etiam singulariter vel ut. s. succus extrahatur et loco applicetur: facit. n. ad aperitionem est enim sua acredine vlceratiuum. vel etiam fel vaccinum. radix etiam ciclaminis vel succus eius. practici etiam quandoque applicant sanguisugas non venenosas. et primo inungunt locum cum sanguine galline vel columbe ut sanguisuge loco adhereant. quando primum sanguisuge degustant figuntur et sugunt ipsum usque replentur et tumefiunt et ita fortiter quandoque adherent quod vix possunt eueli. et ut euellantur accipiatur de cinere et supra caput earum spargatur quia subito cinere percepto separantur. quas capimus et ponimus in vase ut sanguinem quem suxerunt euomant. et ut euomant utimur hoc ingenio. s. ponendo sal super eas et statim euomunt totum sanguinem. Deinde si iterum indigemus sanguinis extractione iterum eas applicamus faciendo ut supra. Si autem non habebimus sanguisugas tunc extrahemus san. cum flobo. sed hoc vitare debemus quantum possibile est propter difficultatem consolidationis. quod si ex necessitate fiat consolidemus considerata quantitate sanguinis extracti. Aliquando etiam non stat dolor nec sunt consuete fluere nec eger est consuetus pati talem fluxum sed sibi displicet talis tumor unde vellet eas remouere quibus sit cura. supra scriptus quod si non est dolor nec apostema non debent curari. Si etiam esset consuetus pati talem fluxum non restringatur nec exiccetur sed pur quam volumus exiccare lest quando non sunt lonii fluere aliter non tamen secundum Aui. si per interius sumantur de galbano. ʒ. ij. tribus vicibus exiccat et hoc expertus est Matth. gradi in quodam et bene ei successit. et sicut dicit Aui. valet etiam ad idem puluis antimonij pro quo vide Auicen. secundo canonis. et applicatur per exterius. Item per exterius vel epithima factum ex decoctione siliquarum. i. charabe. Item cum aqua piscium salitorum vel capita piscium cum modico casei salsi apponantur supra locum. anacardi fructus quidam a proprietate valent et applicantur hoc modo incidantur frusticuli anacardi et ex eis locus fricetur et quidam ponunt eos supra prunas et cum emboto quod est instrumentum quod dam faciunt ne recipiatur fumus ita quod habeatur scutella in qua sit cinis et prunis ne ignis inde ponantur de anacardis deinde cooperiatur scutella emboto et totus

fumus recipiatur & bene ingrediatur he
moroidas. valent etiam folia serpētarie
& hoc a proprietate vt dicit Nicolus. ra
dix etiam serpentaria oleum serpentarie
& cineres eorū & cortices multum valent
vel stringantur hemoroides cum capil
lis caude equi vel serico paulatine a pri
cipio stringendo et in pcessu magis strin
gendo & tales vene stringantur et paula
tine exiccentur: quare &c.

Cura exitus ani.



In cura exit⁹ ani primo oꝫ
considerare si cuꝫ humidita
te cōplicetur caliditas si nō
stat intentio calefactionis et
exiccatiōis & in hoc casu po
nit Rasis remedium singularissimum. &
ita dicit Nicolus ego soleo hoc facere.
ex succo hipocHistidos & acatie fiat pul
uis & ex puluere isto etiam ego vtor. Mo
dus aūt applicari est ꝙ quando infirm⁹
vadit ad assellam & intestinū ē grossum
videndum est si est inflammatuꝫ & rubeū
si sic lauam⁹ ipsum cum aqua ot. vel zu
cbari. si vero non lauamus ipsum cū vi
no rubeo vel etiam cum decoctione ba
laustiarum corticum granatorum & alia
rum rerum stipticarum & hoc vbi non fit
caliditas. postea inungere cū oleo ros. et
inde aspergimus ex puluere stiptico de
inde intromittat & quiescat cum coxis
eleuatis & strictis. Et hoc opꝫ facere seci
bus emissis. Quidam laudāt rosas con
tritas facta lotione intestini & inunctio
ne ex oleo ros. mirtilorum; citoniorū. Si
militer valet puluis turis vel sandarace
forte aūt remedium in exiccando est sco
ria ferri posita supra intestina vel vinum
decoctionis eius est enim multum stipti
cum quando intestinum non est inflam
matum vtimur suprascriptis. Sunt etiā
remedia valētia quando est inflāmatum
quaeru descernas. Ubi ergo sit inflāma
tum inungimus ex oleis et vnguentis
frigidis. et sic vt cum oleo citonio. rosa
to. vnguentum etiam sandalinū est sin
gularissimum et ꝗuale et facta prius
lotione & hoc quando est humiditas la
xans. Et nota. ꝙ Rasis tacuit debitum
regimen in medicinalibus & in sex reb⁹
non naturalibus que omnia requirun
tur ad curā vltra localia & ratio est quia
in cura paralisis fuit sufficienter dictūꝫ
in cura enim relaxationis oportet regi
men esse cali. & sic oportet etiam digere
re materiam flegmaticam & eam euacua
re: postea malam complexionem remoue
re & confortare. Si vero est apā intentio
est remouere materiam apostematis & fa
cere decoctionem ex reb⁹ anodinis vt ex
camomilla malua altea semine lini &c. se
nugreci & applicentur supra intestinum
apostematum. laudatur etiam aqua ca
lida intelligēdo de apostemate facto vt
ponit Rasis non autem de fiente qꝛ tunc
stant alie intentiōes. Quādo si est materia ad
mixta sanguini tunc primo diuertim⁹ a
principio cum flo. Si vero sit a san. di
uertimus cum ventosis vel vomitu. Iteꝫ
repercutiēdo. s. faciēdo epithimaex aqua
rosa. plantagi. &c. Quādo vero est factū
resoluimus cum decoctione dicta & ap
plicentur panni vel spongia in dicta de
ctione madefacti. fiat etiam inunctio cū
oleo camomillino & fiant reliqua puta
fomentationes emplastra balnea vnctio
nes vaporationes que omnia habeant
resoluere materiam: & hanc intentionem
tetigit Rasis. postea intromittatur inte
stinū et curetur vt dictum est supra ablu
endo inungendo & imponendo illa stiptica
stet etiam eger cum coxis eleuatis post re
media applicata quia erit situs satis cō
ueniens. quare &c.

Cura exitus matricis.



In cura exitus matricis etiā
considerare oportet vtruꝫ sit
apostema vel non. et vtrum
sit mollis vel tractabilis qꝛ
tunc est materia humida re
laxans & tunc facta lotione aspergat cū
puluere stip. dicto in alia cura scilicet de
exitu ani et intromittatur. Aliquando
enim non potest ingredi et Aliquando

tota ingreditur vt dicit Auicen. et putrefit. Et ego vidi mulierem habentem matricem inter coxas pēdentē et putrefactā cui abscisa fuit et adhuc illa per plures annos vixit. preterea tempore pestis Papie mortua est. Practici et applicant p inferius prauos odores et suffumigāt vt faciendo fumigium ex pennis perdicum et facere vt fumum recipiant quādo senti unt matricis descensum. capiunt etiaz assam fetidā et ponūt supra carbones igni tos ponendo egram in cathedra perforata: qua posita supra carbones recipiant fumum. item castoreum quod habet terribilem odorem. contundūt etiā folia vrtice et superponunt matrici. similiter matricariam quam crispulam vocant miscē do cum oleo de semine lini ponunt etiaz ouum corruptū sub gallina fouente oua cum quo intingunt lanam et matrix fugiens prauos odores petit partes superiores. si etiā teneat patiēs apō nares bonos odores iuuat quia matrix percipiēs eos insequitur et consequenter magis conatur ad ascendendum sed si ista non sufficiunt habeatur optima obstetrix q̄ intromittat matricē postea coxe eleuentur et in hoc situ stet. vel si fiat instrumentuz sicut virga virilis et imponaē inunctum facta tamen prius lotione vini. ru. stipti. gallarū hipocbistidos cum balaustijs et floribus granatorum et inungere cū oleo de cito. vel mirtino. postea cum pulueribus aspergendo vel accipiendo stupas infusas in albumine oui cū pulueribus et alijs predictis et cum boloarme. san. draconis. ante et retro et in situ debito sistuetur. Si sit apostema consideremus tēpus apostematis. in principio pcedim⁹ cum repercussiuis. in augmento miscem⁹ resolutiua cum repercussiuis: repercussiuis dominantibus in statu repercussiua cum resolutiuis sed resolutiuis dominātibus in declinatiōe pure vtemur resolutiuis et cōsolidatiuis postea intromittatur et fiat vt dictum est de exitu intestini: quare et c.

℄ Cura superflui fluxus menstruorum.



In cura hui⁹ egritudinis sūt due obseruande intentiones. prima est abscisio cause. secūda est retentio sanguinis fluentis.

℄ In prima intentione oportet considerare si proueniat ex sang. abundantia et tunc oportet remouere cum flobo. et dieta tenui prohibendo comestionem rerum san. multiplicantium vt oua vinum carnes. et c. Si vero proueniat ex sang. subtilitate et colericitate: tunc oportet coleraz digerere vt cum siru. ro. de succo acetose de ribes de granatis cuz aqua plan. acetose portulace et ro. euacuando postea cū mirabolanis citri. q̄ vltra hoc q̄ euacuāt etiam infrigidant facta euacuatione opz alterare malam cōplexionem cum supradictis vt cū siru. ro. tro. de ro. cū diarodō cum epithimatibus vt cuz aqua ro. plā. cum oleis et emplastris infrigidantibus. Si sit ex nimia aquositate humor flegmaticus digeratur cuz melle ro. et aqua absyntbij euacuando postea cum mirabolanis chebulis deinde remoueatur mala complexio cum contrarijs. Si sit a casu stat intentio cōsolidationis. Si ab vlceribus due sunt intentiones scilicet abstersio et consolidatio pro quibus sic̄dis vide dicta in de mictu saniei.

℄ Secunda intentio principalis est retētio san. fluentis que duobus perficit ingenijs scilicet diuersione san. per aliam viam et restrictione viarum per quas fluit sanguis.

℄ In primo ingenio laudatur flo. basilice oportet etiam applicare ventosas sub mamillis quia multum diuertunt a matrice vt habet Hipp. quīta pticula affor. Mulieris menstrua si vis retinere: sic tibī ampla lorem mammillis appone: etiam cuz ligaturis dolorosis et ipōne extremitatum in aqua cali. sz ille vētose sunt multum vtuales mane et sero apponātur ante cibum. fricationes etiaz ventose in hischijs multum valent.

℄ Secundum ingenium quod est constrictio aquarū per quas fluit san. pficitur cum his que exhibentur per superius

⁊ inferius interius ⁊ exterius. Per interius cū siru. constrictiuis vt cū siru. ros. mirtino de cito. de granatis cum aquis solatri plan. ⁊ acetose. Et de aqua plan. dicit Auic. ꝙ ipsa nō habet sibi similē in retinendo huiusmodi fluxū. Ualent etiā ad hanc intentionem trocis. de charabe ⁊ sunt multum vsuales exhibendo. ℈.ij. vel.ʒ.ſ. cum siru. predictis valēt etiā tro. de spodio cum se. acetose. trocis. etiā de terra sigillata exhibēdo de quolibet illorum.ʒ.j. cum siru. vel aqua plan. item coralli ru. a. ℈.ij. vsq ad.ʒ.j. vl' exhibere tā tandem de lapide ematitis cū aqua appropriata. electuariū etiam de scoria ferri est multum vsuale. etiam trifera ex arte senonis quam laudat Auic. vz etiam multū confectio vltimi iuuamēti isto modo appellata quam multū laudat Auic. Et nota ꝙ ista intentio restrictionis est a principio ponendo in actu practico qꝛ si multum differamus natura postea assuefacta per illam viā difficulter remouetur ab illa. scoria ferri etiam est singularissima ⁊ experta. Suppositoria etiaȝ multum conueniunt. ⁊ sic Rasis laudat vnum in littera ꝙ cū lana vel coto debȝ imponi intinctū in aqua vel succo plan. ponendo de olibano balaustijs antimonio acatia alumine *etiam sedeat patiens* in aqua de curcuma quaȝ quidā dicunt esse celidoniā quidā vero aliud. Quādo causa est san. aquositas opȝ eam remouere cum exiccantibus. ⁊ ideo conuenit balneum rerū stip. vt ex rosis corticibus granatorum ponendo in dicta decoctione plātas pedis vsq ad genua vl' in ipa madefacere pānos lineos ⁊ ponere ipos in regiōib' matricis ante ⁊ retro. vnctiones etiam constringentes conueniūt vt vnguentum sandalinum de anthera vel cōitulse ⁊ ex istis fiat inunctio supra dorsum vbi est situs matricis ⁊ venter inungatur ex oleo mirtino de cito. postea aspergimus de pul. rerū stip. vt de pul. boliar. sang. dra. terre sigillate corticum granatorum gallarum balaustiarum rosarum ⁊c. Per inferius vero ponantur suppositoria ex lana vel coto intincta in succo plāta. solatri vel aquis carū ⁊ aqua ro. ponendo de terra sigillata boloar. ⁊ cū aquis frig. ⁊ alijs pulueribus predictis conueniunt etiam clisteria cū aqua plā. boloar san. dra. clisterizando matricem. Quod si ista non sufficiunt tandem deueniendum est ad stupefactiua vt dando athanasie Nicolai.ʒ.ſ. vel filonij persici ʒ.j. causa constringendi ⁊ est fiendum in casu desperato vt virtus confortetur: deinde procedimus cuȝ diuersis remedijs. Rasis docuit ꝙ fiat pessarium acutum quod cauterizat ⁊ generat escaram sed non laudatur nec est vsuale sit solum in casu desperato: quare ⁊c.

¶ Cura retentionis menstruorum.



Quando in corpore mulieris nō est sanguis supfluus tunc si per mēstrua nō emittatur non est mirandū quia natura intendit corpus restaurare vt multotiens accidit in mulieribus cū patiūtur egritudines vel fe. cronicas qꝛ tunc natura intendit illum sanguinem retinere pro corporis conseruatione ⁊ restauratione: ⁊ ita tunc sang. nō superfluit nec p menstrua emittitur: vnde tunc prouocari nō potest sicut accidit cuidā scholari nouiter practicāti cū vellet menstrua prouocare in quadam muliere extenuata ex quartana quā longo tempore passa fuerat vnde nunq potuit quare misit ad me mulierem qui eam videns dixi nūquā posse prouocari donec mulier esset bn̄ restaurata. Nota ꝙ trocisci quos Rasis in littera describit sunt vsuales ⁊ eis practici cōiter vtuntur ⁊ tenentur cōfecti ⁊ multū valent in prouocatione fetus ⁊ menstruorum etiā ad iuuandū exitum ⁊ dentur cum decoctione iuniperi de quo dicit Dios. ꝙ tantū prouocat ꝙ facit san. mingere. Cura huius egritudinis reducitur ad duas principales intentiones. prima est abscissio cause retentionis. secunda est facilitatio exit' siue prouocatio.

¶ Prima intentio sic perficitur. nam si causa sit ex pte fortitudinis caloris seu

virtutis ꝙ talia menstrua retineantur
non debent prouocari quia calor est suf-
ficiens ad consumẽdum tales superflui-
tates sicut accidit in mulierib⁹ que sunt
viragines ꝛ vtentibus fortibus exerci-
tijs. Si vero ex debilitate virtutis opꝫ
bonum cibum ex bibere vt vinuꝫ oua sor
bilia carnes ꝛ similia san. generantia ꝛ
restaurantia virtutem ꝛ non oportet pro
uocare. sed vt supra dicebatur oportet ex
pectare dispositionem in qua reducta sit
natura ad suã naturalem dispositioneꝫ:
qua reducta si remaneat sopita: tunc oꝫ
eam adiuuare ꝛ prouocare. Si vero fue-
rit propter materiam oppilantẽ flegma
ticam sicut plurimum contingit. opꝫ eã
digerere cum sirupo de bisantijs de dua
bus radicibus ꝛ quinqꝫ radicibus cum
aq̃s apij feniculi cuscute. postea ꝯo eua
cuamus. ꝛ de solemnibus euacuatiuis
est agar. q: mundificat materiã flegmati
cam ꝛ maxime a matricibus mulierum
ꝛ est singulare. In hoc casu euacuamus
etiaꝫ cũ elito indo cũ diafenicone: deinde
oportet alterare ꝛ malam complexionẽ
remouere ne iterum reaggregetur mate
ria confortando stomachũ ꝛ epar cũ in-
unctionibus ꝛ cõfectionibus in alijs lo
cis proprijs iam dictis. Si vero ex par-
te organi oportet cognoscere causaꝫ. Si
fuerit propter materiã flegmaticam op-
pilantẽ ꝛ tũc digerimus deinde euacua
mus diuertendo ad intestina vt dãdo se
mel in hebdomoda pillulas masticinas
cum aga. vel de biere. s. cuꝫ agar. vel de
biera magna cũ aga. ꝛ cum istis taliter
diuertimus mãm ad intestina ne ampli⁹
reaggreget in matrice: ꝛ tũc disponim⁹
regimẽ declinãs ad cal. ꝛ sic. Si vero ab
apostemate proueniat curetur cura apã
tis vt supradictum est. Si autẽ ab vlcere
cura est impossibilis sed ordinetur regi-
men ꝛ non multum comedat ꝛ exercite-
tur ꝛ eñemus san. per flobotomiam fre-
quenter vt san. qui dẽbat ꝑ intestina flue
re resoluat hoc regimine vel eñetur hac
eñone per illas vias. Si cã sit nimia pin
guedo curetur cũ forti exercitio tolleran
tia famis ꝛ cum alijs resoluentibus.
¶ Scõa intentio principalis est prouo-
catio menstruorum que fit cum illis que
per superius ꝛ inferius administrantur.
De his que ꝑ superius sunt oẽs sirupi ꝛ
aque aperitiue vt est siru. de bisantijs de
duabus radicib⁹ ꝛ de quinqꝫ radicibus
cũ aquis apij feniculi cuscute. Decoctio
etiam cõis quinqꝫ radicũ sola conuenit
sciꝫ petrosilij bruschi feni. sparagi apij
ꝛ hoc est expertum a mulieribus maxie
monialibus abstinẽtibus a coitu. admi-
scetur etiã de sauina parua q̃ est maxime
prouocatiua. cõuenit etiã decoctio facta
ex pulegio calamento mentastro ꝛ orga
no. conuenit ꝫ decoctio cicerũ ru. faseo-
lorum vel ex rubea tinctorũ que est mul
tum prouocatiua ꝛ damus de huiusmo-
di decoctione. ℥. v. vel. vj. in mane ꝛ debꝫ
prohiberi cal. ꝛ cũ sir. de duab⁹ radi. da
mus tro. descriptos in littera a Rasi. ꝛ
cõmuniter damus de huiusmodi tro. ʒ.
j. vel. ℈. iiij. sed hñt odorẽ valde prauum:
sed in forma pillulari melius capiũtur.
cassia lignea est maxime prouocatiua. ꝫ
eius cortex. cinamomum etiam ꝛ crocus
multũ prouocãt ponẽdo in scutella bro-
dij maxime cicerũ vel faseolorum rub. in
aqua decoctionis sit radix apij. postea
ponendo crocũ. ꝛ de istis oĩbus pulueri-
bus possum⁹ dare. ʒ. j. vel cassie lignee so
lum. ʒ. j. Et Jos. mathe⁹. gradi dicit ca-
piat cassia lig. porrax gummi quoddaꝫ
quo vtunt aurifices ad cõsolidandũ au
rum. ꝛ de istis cũ aqua apij vel decoctio
ne sauine det in potu. Dosis aũt istoruꝫ
puluerisatoꝝ sit. ʒ. j. Valet etiã sedere
in balneo decoctionis rerũ prouocatiua
rum menstruoꝝ. ꝛ qñ volumus ꝓuocare
opꝫ expectare tp̃s in quo nõ sit cõsueta
illũ sang. expellere ꝛ tũc fiat decoctio ex
rebus dictis vel applicentur alia dicta
bis in die. s. mane ante prãdiũ ꝛ añ cenã
prouocam⁹. ꝫ cũ fortibus fricationib⁹.
fricet ergo vẽter ꝛ coxe quia attrahit ad
matricẽ sang. ꝫ cũ appositione ventosa
rum. ꝛ sic practici faciũt. applicãt eñ vẽ
tosas in ꝑte domestica coxarũ vł sub cur
uatura poplitis. i. genu: q: ibi est vena q̃
respicit matricẽ laudat etiã flobotomia
saphene q̃ est singularis in hac prouoca
tione. Sed aliqñ sang. est fluxus ad ma



tricem et vene matricis sunt clause: vnde opus est tunc ponere in matrice aliquid quod aperiat orificia venarum cum vene sint clause vt san. nō possit egredi ideo est herba que appellat mercurialis que si capiatur et contundatur vel subtiliter incidatur et ligetur in petia lini et ponatur ad intra matricez in nocte aperit orificia venarum. et debet hec petia poni cū filo appensa vt possit libere extrahi. Aliud etiā singulare qd laudat Jo. mat. est farina git quod apud vulgares appellatur giton et est granū nigrum et rotundū quod nascitur in frumento contundat si ue teratur et ligetur in panno lini subtili et ponat vt supra et mirabiliter operatur Metridatum etiā vz cuz mastice vt cape re metridati. ʒ. j. masticis. ʒ. s. et superponatur. Et lz mastix sit stipticus tñ est attractiuus: vñ si retineatur in ore mirabiliter attrahit flegma a capite. Si fortiora volumus habemus quasdam gummi spēs vt galbanum serapinū opponacum euforbiū de quo dicit Aui. in. c. de prefocatione: q puocat in illa hora qua sumitur. Et coloquintida elleborus scamonea ciclamen si mulier trāseat super ea puocat mēstrua mirabiliter. fiant ergo ex eis suppositoria alligata filo. et aliqñ trahitur ad matricē tanta materia q vir p mēsem non pōt coire. Et si ista suppositoria faciunt ardorem maximū sicut sepe contingit ita vt mulieres blasphemant medici madefaciāt pānos lini in aqua ro. et albumine oui oleo violato ro. et lacte et supponatur. et si opus fuerit remouebitur ardor cum predictis etiam cum litargirio: quare tc.

Cura prefocationis matricis.

In cura prefocationis matricis prima intentio est cōuertere vapores que eleuantur ad superiora ad partes inferiores et prohibere ne alij vapores ascendant. et hoc pluribus modis Primus vt dicit Rasis fricentur extrema inferiora. Scd̄s est vt dicit q fiant ligature fortes et sic faciunt practici ligā tes crura et coxas et dimittunt ligata ali quanto tempore. Tertio fit cum ventosis ponēdo circa partes inferiores. s. partes domesticas coxarū et in carnositate tibiarum vel supra sumen. Et si illa non suffi ciunt fiat flobotomia in saphena pedis quia attrahitur san. et materie ad inferiora. laudatur etiam flobotomia sub poplite id est genu. sed oportet primo causam diuertere si est ex retentione menstruorū et non ex spermate corrupto per retentionem: quia si ex spermate corrupto: tunc traheremus illud sperma corruptum ad intra venas per talem flobotomiaz quia non esset fienda. diuertimus etiam vapores cum rebus odoriferis applicatis intra. Et ita Aui. laudauit galliam. scilicet muscatam in qua ingreditur gallia et muscus etiam elefanginam quoniam vaporesad ista conuertuntur. accipiatur etiam muscus ambra gari. cinnamomi incorporando cum storace liquida et fiant pillule ad modum lupinorum quarum vna ponatur supra ignem vt effumet: deinde egra ponatur ad sedendū in cathedra perforata et recipiat huiusmodi fumum. accipiunt etiā practici de oleo de lilio hirino laurino et de musco dissol uendo in eis de gallia et inīciunt in matricem et faciunt vt obstetrix experta intingat digitum medium in hoc liquore deinde imponat in matricem et circunuoluendo ducat hincinde causando quan dam titillationem: vnde matrix commouetur ad appetitum coeundi et percipit delectationem. et per hoc quandoq polli tur quod egredittur sperma corruptum. Etiam ad idem valet quoddam simplex quod dicitur vulgari sermone zibet vel zebet quod applicatur eodez modo sicut supradictum est: de quo semel vsus fui in muliere quadam patiente prefocationez cui causauit tantum appetitū coeundiq quasi continue volebat marito suo copu lari deinde rogauit me sibi velle talezappetitum remouere. dixi q ex se remoue bitur post aliquot dies. Et nota q si vir quando vult vti cum muliere ponat in summitate virge de dicto zibet et subito vtatur cābit in eo maximā delectationē. Per superius vero cōueniunt ea que malum habent odorē: qz in sursum cōuertūtur fumi vel mācilō oz eos rep ānnerezine

ter que est assa fetida que ponatur sub naribus etiā castoreum est singulare. Similiter serapinum ⁊ galbanū si ponantur supra carbones ignitos vel ponantur ad nares. tenere etiam in ore radicem zedoarie confert. mulieres capiunt sotulares ⁊ comburunt in igne ⁊ ponūt in oleo de semine lini ⁊ recipiunt fumum. ⁊ istud est corij combusti. fumus enim iste fugat serpentes viuos vt vidi in vno existente in hospitali Papie qui habebat viperam in stomacho cui fecerunt multa remedia vt eam expellerent. scʒ ponēdo lac ad os ⁊ multa alia: veniebat enim ad os ⁊ nolebat egredi. tandem factis fiendis eger fuit suffumigatus ex tali fumo ⁊ statim vipera visa est egredi per anum. fumus etiam pennarum precipue perdicis combustarum conuenit ⁊ sic releuamus egrā a perorismo prefocationis: ⁊ qz tunc oz in abscissione cause insistere euforbiuʒ est multum prouocatiuum vt supradictum est hoc etiā medicamen potest exhiberi. ℞. seminis agni casti seminis dauci cinnamomi croci anā. ʒ. s. fiat puluis subtilis ⁊ sumatur cuʒ aqua infrascripta. ℞. aquarum nepite arthemisie ⁊ bugl. anā. ʒ. j. misce. Si vero ex spermate retēto fiat ⁊ sit puella vel non consueta viro vel vidua: tunc debemus dare maritum si est possibile. Si vero non vellet nubi vel esset monialis flobotomemus sepe eam et faciamus eam ieiunare ⁊ fortiter exerceri. dimittat etiam carnes oua ⁊ vinum vtatur semine ⁊ folijs agni casti ruta cimino dauco. Secretum Jo. marliani qd exiccat sperma. ℞. dauci ʒ. j. dissoluatur cum aqua arthemisie ⁊ bibatur. Auicē. etiā laudat vinum simplex quod dicitur alsofor. ⁊ dicit cum sumitur est sanitas in eo quare ⁊c.

¶ Cura ragadiarum vulue ⁊ eius apostematis.


Nota ꝙ pessarium dicitur clistere matricis: nascale vero dicitur suppositoriū eius. sʒ aliqñ cōfundunt. isopi cerotū est isopus humida ⁊ est sordities quasi sudor accepta a pellib⁹ ouiū qd cerotum est sublime in mollificando: ⁊ ideo applicatum super illas scissuras que maximum causant dolorē soluendo continuum est singularissimū. ¶ Quātū vero ad curā apātis. istud apa aliquādo terminatur per resolutionem: aliquādo cōuertitur ad dubletū. i. collectionem ⁊ saniem: etiā qz multotiēs generātur in matrice apata melācolica cācerosa: ideo cōmuniter practici vtunt vnguento de plūbo ad extrahendum adustionem. capiuntur enim liquores diuersi maxime illi descripti a Rasi in littera vʒ cāphora sandali ⁊ alia frigida bene pistent in mortario plumbeo cū pistello plumbeo. ⁊ istud applicatur apati cācroso. Emplm etiā de melliloto vʒ in omnibus apatibus interioribus: ⁊ dissoluatur hoc emplastrum cū aliquo oleo vt cum oleo de semine lini: sedat enim dolorem ⁊ mundificat. Et no. ꝙ in cancro confirmato non oportet vti acutis sed blanditiuis: qz si cum acutis procederemus: tunc materia magis adureret. procedendum est ergo cū aqua vel succo solatri ⁊ plan. oleo vio. ro. mucilagine psilij vnguento de cerusa de plūbo. ¶ Pro cura etiā ragadiarum conueniunt rose oleum camomillinum de semine lini violatum ros. vt dictū est supra emplastrum de plumbo dissoluto cum oleo de semine lini linitum vel clisterizatum vʒ ad omnia apata sterlora. vʒ et balneū anodinum in quo sedeat. vʒ etiā supporatio vel suffumigatio. debent ergo iste ragadie primo abstergi deinde cōsolidari: nisi sint cancerose quare ⁊c.

¶ Cura mole matricis.


Cura mole matricis est cura retentionis menstruorū ita ꝙ procedere debemus cum hisque prouocant menstrua vt cum decoctione calamenti radicum pulegij corticum cassiefistu. ⁊ similibus prouocantibus menstrua. Si ergo puenerit a ventositate ⁊ non ab aliquo san. retento nec carne generata fiat decoctio de seminibus ⁊ ea que diximus in. c. de colica ventosa. vʒ enim resoluendo ventositatem diaciminum dianisum

diagalanga electuarium de baccis lau ri. fiant etiam pesaria ex mercuriali &c. vel si fortia volumus faciemus ex car damomo oppoponaco euforbio. sed ad ista fortia deueniendum est in ultimo alijs iam probatis. Item inungendo sub dendo balneando cum his que habent virtutem resolutiuam inungendo vz cuz oleo de balsamo. Item faciendo etiã pes sarium de ruta mentastro de quibus di ctum est in .c. de retentione menstruorum & cum mitridato mastice &c. semper a le uioribus incboando. Cõfert etiam sepe mundificare corpus patientis cum pillu lis fetidis. sed quando ista non prosunt. relinquatur nature: qr ipsa ex se resoluet superfluitates. Nota q sicut generatur hec mola in matrice ita etiam generant alie res preter naturam vt testor me vidis se in quadam muliere Papiense que pu tans esse pregnantẽ post .xij. menses emi sit frustum vnum carnis satis magnum & multa alia parua & simul cum illis pe perit animal ad similitudinem vnius tenconis piscis & erat coloris viridis ob scuri supra tergum & infra erat rubei co loris & habebat corium ita durum quod vix cum gladio scindi poterat. habebat enim motum & plicabat se sicut ericius quare &c.

Cura hernie siue crepature.



In hac cura due sunt inten tiones notãde. Prima est re ductio intestinorum ad situz suum. Scda est intestinorum retentio in situ suo cõuenien ti & consolidatio rupti siue dislocati.

¶ In prima intẽtione regimen debet esse prohibitiuum vẽtositatis & nõ grãatiuũ qr si intestina descẽdunt tunc tumefiunt & non pñt bene reingredi. reductio autez intestinorum fit hoc mõ. iubent .n. practi ci vt resuppinet infirmus cũ coxis sursuz eleuatis & si ex ipsis nõ ingrediant: tunc opz cũ leui compressione illa ad intra si p hac reducere & si non possumus ppter ventositatẽ resistentẽ que est in intestinis prohibẽtẽ eorum ingressum resoluemus illã ventositatem postea intromittamus. re soluemus aũt cũ decoctiõe mellilotii ane ti seminis lini fenugre. anisi cimi. se. etiaz carui cum spongia vaporando vel cũ re sicis illa decoctione plenis & inungendo cum oleo amigdalarum dul. camomilli no & anetino vt mollificatis intestinis & si p hac melius ingrediantur & leuiter tre ctando introducantur. eleuamus etiam coxas infirmorum & caput tenemus depres sum sepius agitando cum cruribus ele uatis vt melius ad situm suuz reducanẽ.

¶ Scda intentio est retẽtio intestinorum in loco suo. retinemus aũt cũ ligatura de bita cum bragerijs que cõprimẽdo lo cum cõprimant ne in intestina descendãt aliqñ autem ad retinendum & consolidã dum sola ligatura sufficit maxime in in fantibus qui habent virtutem restaurati uam bonam. & in eis fit talis consolida tio. aliqñ indigemus medicaminibus. & de eis sunt quedã cerota vt est cerotum Ras. in littera etiam cerotum aliqd vsua le qd dicit cerotũ de pelle arietis. & istud tamen confectum aromatari de la ferene la Papie in quo ingreditur san. huma nus: Cuius descriptionem habes a Jo. mat. gradi in quodam consilio qd facit de ruptura si p hac & est hoc. ℞. picis na ualis. ℥. ij. litargirij. ℥. j. cere citrine & ru bee colofonie aã. ℥ ij. aromatici oppopo naci bdellij galbani aã. ℥. ß. visci querci ni. ℥. iij. aloes. ℥. j. ß. masticis corticũ thu ris myrrhe terbentine nucis cupressi glu tinis piscium sarcocolle aã. ℥. j. ß. boli ar me. gipsi aã. ℥ iij. aristol. long. & rotun. mumie sangui. dra. aã. ℥. ij. ro cum con solide maioris & minoris aã. ʒ. san. hu mani. lib. ß. cipiri sansuci acatie gallarũ aã. ℥. ß. famine capitum granatarũ aã. ℥. ß. Itẽ. ℞. pellem arietinam vnã & deco que diu in aqua dulci pluuiali quousqz pellis discoagulata sit tũc mollifica vi scum & gummas in actã aqua pluuiali & pone ad ignez quousqz oia bene discoa gulata sint deinde cola postea adde desu per puluerẽ olum aliarũ rerũ & iterũ reduc ad ignẽ & coque quousqz sit ad modum empl.: postea ipso vtere. ¶ Nota tñ pro regula q ipso apposito nõ remoueat cir ca .ix. dies patiente semp quantũ possi bile est quieto manente. nam vt refert

Bulzoar. lib. 14. theisr. quidā iuuenis qui hoc morbo laborabat stetit duobus mensibus super dorso suo et cum bono regimine sine medicinarum applicatione liberatus est. vide predictum consilium qui ibi ponit multa alia et singularissima Alia sunt ingenia retinendi intestina ne descendāt. Quidam enim cauterizant locum per quem descendunt intestina vt in inguine dextro si per locuz illum descendunt: quia per hoc generatur caro callosa prohibēs descensuz. Alii faciunt foramen in loco dicto et imponunt filum aureum et ita continue procedunt constringendo. et faciunt istud foramen per cōstrictionem ita strictum quod intestina non possunt descendere. Alij vero faciunt per castraturam ita quod scindunt illum testiculū et vasa spermatica et ita didimum postea cauterizant et generaē escara. in pinguibus in musculis faciunt fasciaz ab ipsis incipientez et descēdentem vsqz ad inguina: et ita ad alium musculuz: et est optima ligatura quā ego fieri feci pluribus: Papie. est vnus ferrarius in sancto Joanne in burgo qui facit bragerios ferreos et sunt optimi et multum iuuantes. Si vero proueniat a ventositate cognoscimus: quia ibi non est grauitas et est magna transluscentia. cognoscimus etiam ex tactu bursae testiculorum quod sit ventositas et ista maxime appz in hidropisi ascilite et maxime in timpanite: et tunc in cura est procedendum cum resoluentibus vt cum oleo de cherua cum oleo sambacino qd̄ fit ex folijs sambacis de lilio camomillino de ruta de aneto. Remediuz singulare qd̄ laudat Aui. est emplastrum facum ex fabis decoc. eo modo ac si vellemus eas comedere sunt. n. calefactiue et exiccatiue: ideo valent emplastrate cum oleo camomillino rutaceo de lilio sm̄ quod volumus magis vel minus calefacere. possumus etiā ponere de alijs seminibus vt anisi aneti carui cimini. Si vero proueniat ab aquositate procedamus cuz calefactiuis et exiccatiuis vt cū emplastro de stercore vaccino et caprino. Sed si ista et alia calefacientia non valeant fiat foramen in bursa testiculorum vt aqua egrediatur: postea cōsolidetur. Et aduertamus semper et attendamus cause seu radici que generauit aquositatem et puta epati si sit causa. Si vero sit cancerosa et proueniat propter sang. abundantiam fiat primo flobotomia postea humectamus deinde resoluimus. Si vero sit varicosa et proueniat a sanguine varicoso primo fiat flobotomia deinde digeraē humor melancolicus postea euacuetur, deinde humectentur veruce deinde resoluantur. Sed si ista parum faciunt scindantur leuiter cum cauterio cum igne vsqz ad didimum incidendo postea venas comprimendo que sunt circa testiculum redibit ad pristinum statum.

¶ Nota de muliere quadam quam vidi que cum in partu laboraret fuit crepta et egressa fuerunt intestina et fecerūt magnū tumorem in vmbilico.

¶ Nota etiam quod maltotiens quando intestinum ingreditur bursam testiculoruz. intestinum voluitur et torquetur et causat magnum dolorem. repletur etiam quandoqz fecibus et ventositate et non potest redire ad locum suum. etiam ratione inuolutionis alie feces non possunt descendere ad partes inferiores: quare regurgitant ad partes superiores: quare et cetera.

¶ Cura doloris iuncturarum a causa calida.



In cura doloris iuncturarū quinqz intentiones sunt obseruande. prima est diuersio vel minoratio materie. secunda digestio. tertia euacuatio quarta mitigatio doloris et repercussio. quinta et vltima remanentis resolutio.

¶ Pro prima intētione facimus flo. laudatam a Rasi. et hoc quādo talis dolor prouenit a san. vel a materia san. mixta: in diuersis tamen venis hanc facimus Si. n. est in manu dextra fiat flobotomia in pede dextro tantum per vnam diametrum et econtra. Si tamen pedes sint debiles a natura non debemus hanc facere ne materie attrahantur ad pedes sed tunc fiat a basilica. Si autez fiat ab alia materia a sanguine; fiat digestio deinde

Pedini, Trymchi ℥ ij.
Butiri ℥ iij
4.

euacuatio. De flobotomia videtur cōtro
uersia. Nam Serapio non concedit flo
botomiam esse fiendam materia non di
gesta. Aui. vero vult ꝙ fiat in principio.
Respondetur ꝙ Aui. habuit intentionē
ad dolorem qui est fortis ꝛ multum at
trahit: ideo ad diuertendum concedit flo
botomiam in principio postea dicit inci
pe a re forti quius debilior sit incolumior
Iste autem sermo videtur cōtradictori⁹
sed dicatur ꝙ nulla est cōtradictio: quia
quando dicit incipe a re forti intelligit.
i. incipe ab euacuatiuo electiue euacuāte
quia materia est in locis longinquis: idō
indiget euacuatiuo electiue euacuāte q̄
uis inter electiue euacuantia debilior sit
incolumior: quia fortia euacuatiua eua
cuant subtile relinquendo grossum. etiā
faciunt maximam agitationē in corpore
ideo gradatim in huiusmodi euacuatio
nibus procedendum est diuertimus er
go cum solutiuo electiue euacuāte in ma
teria calida ꝛ vsuales sunt pillule de her
modactilis minores ꝛ tenentur confecte
pillule autem de hermodactilis maiores
valent in cā frigida ꝛ describit eas. M.
vbi dicit pillule de hermodactilis ex in
uentione nostra ꝛ damus. ʒ. ß. pillularuꝫ
de hermodactilis minorum vel. ℈. ij. in kā
cali. ponēdo aliquātulū de reubarbaro.
¶ Secunda intentio est digestio humo
rum: ꝛ licet multa habeamus in propo
sito tamen siru. de endiuia ꝛ siru. aceto
sus non sunt boni: opꝫ ergo vt siru. in p
posito sint frigidi ꝛ stiptici. vt verbigratia
℞. siru. ro. ℥. j. sirup. de grana. ℥. ß. aqua
rū plan. ꝛ ro. an. ℥. ß. solatri acetosean. ℥.
ß. misce. cōtinua p quattuor vel q̄nq; dies
¶ Tertia intentio est eradicatiua euacu
atio in qua laudantur pillule dicte sup̄
videlꝫ dando. ʒ. ß. pillularū de hermoda
ctilis mino. vel. ℈. iiij. ꝛ sic pcedendo vsq̄
quo tota materia euacuetur ꝛ ad reper
cussionem materierum ad locuꝫ oportet
attendere continue ꝛ inungere cum oleo
ro. practici enim incipiunt epithimare ꝛ
ita ponunt statim a prin. in ope intentio
nem repercussionis.
¶ Quarta itētio ē phibitio doloris q̄sta
tim ē ponēda l op⁹ pctica a prin. ꝛ idō Ra
sis laudauit multa singularia remedia
dolorē mitigātia sicͭ. ꝛ repcutiētia vt ca. fi
stu. dissoluta cum oleo ro. vel aqua rosa.
vel solatri linita supra locum. Etiam vt
ponit Auice. secundo can. c. de caſ. fistu.
Item farina or. incorporata cū oleo ros.
vel aqua rosa. linita mitigat et resoluit.
Medulla etiam panis infusa in lacte ꝛ
panis siligineus. i. de sigala est melior:
quia est frigidioris complexionis ad
dēdo vitellum vnum oui et incorporan
do cum medulla panis et lacte ac in for
ma emplastri applicare. Si vero dolor sit
intensus addat. ʒ. ß. opij incorporando cū
modico croci vt det penetrationē. Si au
tem percipiatur vehemens dolor ꝛ inflā
matio singulare est facere mucilaginem
de psillio in aqua ro. vel aqua solatri po
nendo etiam aliquid de aceto quia dat
penetrationem extendendo illam muci
laginem supra pannum postea ponere su
pra locum dolentem renouando sepe cū
incipit calefieri: ꝛ hoc expertus sum. ꝛ oꝫ
esse psilium ex quo fit mucilago integrū
quia partes eius exteriores sunt frigide
interiores vero calide. si etiam accipiatͬ
oleum rosa. in quo bullierint vermes ter
restres et sit infrigidatū actualiter ꝛ po
natur supra locum dolentem mirabiliter
operatur ad eandem intentionem. Quā
do materia totaliter fluxerit vꝫ applica
tio rerum anodinarū vt camomilla mel
lilotum fenugrecuꝫ: bulliant hec omnia
cum vino ru. stip. ponendo etiam de iua
que est singularissima in confortatione
neruorum ꝛ eis facere balneum. valet
etiam emplastruꝫ ex rebus anodinis mi
scendo aliquid ex frigidis vel oleo ro. ꝛc
¶ Quinta intētio ē resolutio illi⁹ qd fluxū
est q̄ cōplet cū approximatiōe resolutiuū
ꝛ mollificatiuꝫ cū oleo ro. ꝛ camomille
ꝛ in processu cuꝫ camomillino solo valet
etiam stercus vaccinum cum sua actuali
caliditate ad hanc eandem intentionem
Pro preseruatione vero valet balneum
ex vino nigro in quo bullierint aqua sti
ptica. vel galle balaustie ꝛc. miscendo ali
quid de vino. conueniunt etiam omnes
auctores ꝙ patientes hanc egritudineꝫ
habent se abstinere a vino vt dicit Rasis
in littera. dicit etiam in alio loco dimit
tāt vinū toto tpe vite sue ꝛ curabuntur ꝛc

Aui. 22. tertij prohibet exhibitionē vini idem asserit Cornelius celsus ⁊ ita hoc in memet feci cum incepissem pati podagram v us enim fui tali regimine. scilicet dimisi vinum per duos annos ita ꝙ parum vel nihil bibebaz. faciebamq; singulis mensibus euacuationes ⁊ accipiebam aliquam pillulam diuersiuā ⁊ minoratiuam bis in hebdomoda vt natura diuerteretur in transmittendo materias ad iuncturas ⁊ potius transmitteret per viam secessus: q2 in principio facile est materiam diuertere: sed quādo est consueta nullo mō vel cum magna difficultate possumus illam consuetudinem remouere. Similiter quando facta est nodosa vt Ouidius Tollere nodosam nescit medicina podagrā. ⁊ cum tali regimine curatus fui: ⁊ pro certo nunquam passus sum tales dolores. non etiam huiusmodi patientes laborēt in coitu: quare ⁊c.

Cura doloris iuncturarū a cā frigida

Primo in cura huius egritudinis sunt obseruandi hi. canon. Aui. Primus ꝙ nō absoluam⁹ ab euacuatiuis materie flegmatice quando cuz eis sint permixta euacuatiua colere: q2 flegma ex se non flueret nisi secū esset mixta colera. Secundus cañ. est ꝙ cū euacuatiuis simul ꝑmisceamus stiptica: q2 constringendo vias faciūt ne materia ad locum fluat. ideo ad hanc intētionem valent pillule de hermodactilis ⁊ valent tā in causa frigi. ꝗ; cali. tamen quando volum⁹ euacuare mām calidā admiscemus aliq̄ respicientia a ꝓprietate illā si vero frigidam admiscim⁹ ea q̄ fri. euacuāt. Tertius canon. e ꝙ a principio non est euacuandum cu a fortibus euacuatiuis: q2 euacuarent subtile relinquendo grossuz ⁊ ideo dicit Auicena. Oportet vt blande tractetur. sonuit enim ꝙ si a principio aliqua conueniunt non tamen sint fortia sed debilia vt aliqualiter minoretur materia pillule descripte a Rasi in littera non sunt in vsu sed. d. Mesue quas describit in antidotario ⁊ sunt dande vsq; ad. ʒ. s. in principio pro minoratione. Nota etiam ꝙ non debemus euacuare cum fortibus nisi permissa digestione que nō debet fieri cum valde aperitiuis ne materie fluant ad iūcturas ideo pro digestione conuenit mel rosa. vt sic dicendo. Re. mellis ros. ℥. j. ß. aquarum betonice ⁊ absynthij ana. ℥ j. misce pro sirupo. facta ergo vna vel pluribus euacuationib⁹ trāsimus ad fortiora valet addēdo in processu sirupi de sticados. ℥. ß. cum. ℥. j. mellis rosa. colati cum aquis dictis. facta autē euacuatiōe attendim⁹ ad materiaz fluxā epithimando cuz epithimate Rasis Itē cum aqua decoctionis camomille fenugreci maluarum altee. semper etiā in emplastris oportet exhibere aliquid qđ humectet ne induretur materia ⁊ lapidetur seu gispetur. diuretica etiam non debēt dari nisi corpore debite mūdificato vi nū quantum potest debet vitari: licz hic Rasis ponat potius causa resolutionis ab extra. dicit enim ego plures vidi qui reliquerūt vinū ⁊ oino curati sunt. In hac ergo cura ex dictis Rasis ⁊ Aui. quinq; intentiones sunt attendēde. prima est diuersio ⁊ minoratio. secunda digestio. tertia eradicatiua euacuatio: quarta mitigatio doloris. qnta resolutio remanētis

In prima ergo intentione notandus est cañ. supradictus. s. ꝙ non debemus a principio ꝓcedere cum fortibus euacuatiuis sed cū debilib⁹. cōueniunt ergo pillule de hermodactilis minores. d. Mes. cum aliquātulo reubarbari vt verbigratia sic dicendo. Re. pillularum de hermodactilis minorum. ʒ. ij. reubar. electi. ʒ. j. misce. Si autē talia materia fuerit san. mixta dēmus diuertere cum flo. vomitus etiam multum valet vt dicit Aui. ad diuertendū ex eo ꝙ per vomitum fit vomitus contrarius dummodo corpus sit bene dispositum ad ipsum.

Secunda intentio est digestio de hac dictum est ꝙ digestiua nō debēt esse aperitiua nec que noceant neruis ⁊ iuncturis vt sunt sirupi de radicibus oximel simplex et compositum nocent enim ner

nis standum est ergo in melle ros. per aliquos dies postea veniendum est ad sirup. de stichados.

¶ Tertia intentio est euacuatio que fit cum fortibus euacuatiuis vt cum pillulis de hermodactilis maioribus et pro eradicando damus. ℈. iij. sine reubarba.

¶ Quarta intentio est mitigatio doloris que statim a principio debet poni in actu practico maxime in non consuetis dolori. mitigamus enim cum anodinis in forma vnctionum. possumus etiam in forma epithimatum applicare vt accipere oleum cammomillinum cum vermibus sicut in calida. accipimus oleum ros. cum dictis vermibus et dictum emplastrum ponimus supra locum. oleum etiam vlpinum facit cet ex decoctione vulpis supra dolores iuncturarum a causa frigida multum valet et est expertum emplastrum etiam factum ex farina fenugreci melliloti et pauco aceti etc. cassiafistula est etiam singularissima scilicet tam in causa calida quam frigida sed in calida dissoluimus cum modico olei ro. vel aqua ro. vel solatri. In frigida vero non ponimus oleum rosatum sed mel sufficientis quantitatis cum oleo camomillino. Est etiam vnum aliud auctenticum remedium et singulare quod ponit Auic. capitulo de sedantibus dolorem quo vsus fuit frequenter: et est tale. bulliatur fenumgrecum in aqua et aceto et ponatur de melle sufficientis quantitatis et commisceatur ad modum emplastri et ponatur supra locum dolentem et dimittatur tribus diebus. valet enim multum. et sic tale emplastrum exiccaretur supra locum et constringeretur membrum ponatur pannus lineus supra emplastrum et iungatur talis pannus lineus cum petia ex oleo ro. intincta vt melius tale emplastrum separetur: mitigatiuum et aliqualiter resolutiuum est stercus vaccinum cum illa actuali caliditate cum qua egreditur. et si taliter non pot haberi ponatur in eo de oleo camomillino vel vlpino et simul bulliant in vase: postea calidum ad modum emplastri loco apponatur.

¶ Quinta et vltima intentio est resolutio residui remanentis et ista perficitur cum emplastris et vnctionibus calidis et siccis non tamen vehementer ne materiam lapideam efficiant. conueniunt etiam in hoc casu balnea et quecunque temperate resoluunt vt oleum camomillinum. vulpinum de lilio. conueniunt etiam emplastra ex farina fenugreci altee seminis lini floribus camomille radice altee. emplastrum etiam positum a Rasi in littera vel balneum factum ex omnibus anodinis vt ex altea camomilla fenugreco saluia rosmarino semine lini absinthio et aliis similibus bulliant etiam predicta in vino vt saluia maiorana rosmarinum iua: et in tali balneo infirmus commoretur quare etc.

¶ Cura doloris sciatici.



In cura doloris sciatici non fit repercussio a principio debent tamen remedia esse magis fortia: ideo emplastra et alie vnctiones sint fortiores: ex eo quod materia est profunda et virtus medicaminum non pot nisi cum difficultate ad locum peruenire. Aui. laudat flobotomiam brachii diuersiuam: qua facta ad uertatur si sit rubedo in vrina. et si sic fiat flo. vene sciatice que est prope clauiculam pedis in parte siluestri. Si sit materia flegmatica fiat vomitus dummodo corpus sit ad ipsum paratum. Inungamus etiam cum oleis appropriatis. Fiant etiam suppositoria et clisteria acuta et fortia vt propter dolorem materia diuertatur et attrabatur a partibus superioribus ad partes inferiores et sic diuertatur a suo cursu ad istum ras caueantur tamen huiusmodi in corpore delicato timentes excoriationem. Emplastrum quod describit Rasis est vesicatiuum et cauterizatiuum. attrahit enim materiam ab inferiori parte ad superficiem. Item stercus columbinum conteratur et cum decoctione farine superponatur pro cauterio. Et in omnibus aliis cura est eadem cum cura podagre de qua dictum est qua re ibi recurre quare etc.

¶ Cura gibbositatis.

nem conuertuntur ⁊ adherebunt: qua ex
tracta extrahentur: ⁊ eodem modo valet
omnia clisteria vermes interficientia qua
re ⁊c.

¶ De cura superflui fluxus hemo
roidarum.


Pro cura hemoroidarũ nota
ꝙ alia cura debetur hemo-
roidibus fluentibus alia nõ
fluen. alia dolorosis alia nõ
dolorosis. Pro cura fluẽtiũ
duo canõ. sunt obseruandi. Primus ꝙ nõ
debent a prin. restringi nisi quousqꝫ ni-
mium fluat: quãdo corpus cum huiusmodi
fluxu preseruatur a multis egritudinibꝰ
Si vero videat̃ propinquitas sincopis ⁊
color san. variet̃ de malo ad bonum ⁊ vi
deat̃ debilitas ⁊ mollities tũc debemus
restringere. Secundus canõ. est ꝙ semper
debemus intendere ad ven. lubricitatem
dando brodiũ carnium in clisteribus vel
cass. vel brodiũ caulium ⁊ hoc quia feces in
durate magnum causant dolorẽ in egres
su suo. Quibus obseruatis quattuor in
tentiones sunt obseruande. prima debi-
tum regimen. scd'a diuersio. tertia restri-
ctio. quarta cõfortatio ⁊ san. rectificatio
¶ Prima intentio cõpletur per stiptica
⁊ eam docet Rasis quando dixit esse al-
terantia cibaria cũ sumach: sintqꝫ frigi-
da ⁊ stiptica.
¶ Scd'a intentio complet̃ per flobotho-
miam vene basilice ⁊ est vena epatis quia
epar est fons san. ⁊ talis extractio debet
esse copiosa ⁊ sit ad oppositũ: ideo lauda
tur illa basilice. Item flobotomia salua
telle in manu. Item appositio ventosa-
rum in hypocundrijs ⁊ in regione epa-
tis ⁊ in spatulis ⁊ in adiutorijs brachio
rum. etiã balnea extremitatũ ⁊ fricatio-
nes dolorose. etiam ligature extremita-
tum superiorum.
¶ Tertia intẽtio complet̃ per ea q̃ restrin
gunt vias ⁊ ingrossant san. ⁊ immobili-
tãt cũ interius ⁊ exteriꝰ applicatis. Per
interius cũ siru. vt sirupi fri. ⁊ stip. vt sunt
ro. mirtinus de succo acetose de granatis
de citonijs cum aqua plan. acetose ro. so
latri. cõfectio ex zucharo ro. cum boloar
mẽ dando in mane per duas horas ante
cibum vel pondo de lapide ematitis de
corallis ru. ⁊ cum sirupo de granatis mi
scemus in modum electuarij ⁊ ea exhibe
mus. etiã trifera ex arte serapionis. etiam de
scoria ferri quod laudat Rasis in primo cap.
⁊ est multũ vsuale. Et nota ꝙ scoria ferri
est spuricies ferri. squama vero que sepa
ratur a ferro cum super incude ferrũ mal
leo percutitur. limatura vero que cum li
ma diuiditur. Simplicia sunt vt corrali
rubei lapis ematitis bolusarmenus. dã-
do vsqꝫ ad. ʒ. j. Nicolus ponit vnum sin-
gulare quod est expertum ⁊ vsuale suma
tur squama ferri ⁊ subtilissime puluerize
tur ⁊ bulliatur in aceto postea exiccetur.
⁊ hoc fiat quater postea exhibeatur. Et
dosis eius sit a. ℈. j. vsqꝫ ad. ij. vel. iij. dan
do bis vel ter in hebdomoda de dicto
puluere. valent enim in confortatione sto
machi epatis ⁊ rectificatione humorum
Et quando ista non sufficiunt debẽt alia
vsualia dari vt tro. de charabe de terra
sigillata de spodio cum se. acetose. magis
tamen vsuales sunt tro. de charabe ⁊ de
terra sigillata. Aliquñ autem nos opꝫ ad
stupefactiua deuenire: ⁊ vsualia sunt si-
cut athanasia Nicolai filoniũ persicum
dosis atanasie ẽ a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ℈. iiij. Per
exterius vero cõueniunt balnea stiptica
cum rebus fortiter stip. vt cum corticibꝰ
⁊ floribus granatorum sumach. ⁊ alijs
stipticis extinguendo aliquñ ferrum igni-
tum. Et pulueres ⁊ emplastra. Et vnũ sin
gulare est emplm̃ de citonijs quod fit deco-
quendo citoniũ sub cineribus ponendo
de boloar. ⁊ de alijs stip. vsualibus vt de
sang. dra. dragagãto balaustijs gallis.
Et cõuenit emplm̃ Nicoli flor. in hac cu
ra ⁊ est tale. ℞. aloes thuris boli ar. san.
dra. pilorum leporis subtiliter incisorum
⁊ cum albumine oui ⁊ tela aranea misce
Item Nicolus laudat cinerem sotulariũ
combustorũ. Sal. etiã quinto de inge. sa
nitatis ponit emplm̃ quo melius credit
non posse in restrictione sang. excogitari
quod fit ex aloe olibano ⁊ albumine oui.
Est etiam quoddã secretum Siringelli ⁊
est puluis de subere. i. cortice quodã gros
so poroso leui ex quo fiunt pantofole. cõ
buritur enim dictus cortex ⁊ puluerizа-

tur: deinde cũ aliqua re appropriata fiat ano emplm. Item Nicolus ponit vnum emplm et est de cinere buffonis qđ positũ supra hemoroidas retinet san. et remouet dolorẽ et delet eas. et dicit quod venenositas deletur per adustionem sicut etiam in cinere scorpionum: et est in eo securitas.

¶ Quarta intentio est rectificatio san. et debet considerari si sit propter nimiam quantitatem san. fiat minutio et dieta sit tenuis dimittẽdo carnes oua etc. Si propter nimiam aquositatem san. vtatur dieta exiccatiua et calefactiua. Si propter nimiam quantitatem colere vel flegmatis humor digeratur et educatur cum appropriatis vt dictũ est in capitulo de fluxu san. nariũ Nota etiã quod valet vnũ singularissimum emplm. s. comitisse applicatum supra anum quod tenetur confectum et istud describit Bartholomeus de varignana: quare etc.

¶ Cura tumoris hemoroidarum siue cecarum hemoroidarum.



IN cura tumoris hemoroidarum diuersimode procedim' ſm diuersitatem intentionũ. aliqñ enim dolori intẽdimus si enim nihil de materia egreditur: tunc vehemẽs contingit dolor qr a vena chilis quinque oriuntur vene que ad anum terminantur et intestinũ rectũ et sunt ibi quedam pellicule cooperiẽtes orificia predictarum venarũ que sunt maxime sensibilitatis: et ad quarũ extensionem intẽsissimus dolor causatur. Itẽ itimus aũt dolorẽ cũ localibus que si nõ sufficiunt. opꝫ procedere cũ his que san. fluere faciunt. aliqñ vero intendim' eas exiccare et ita diuersimode procedimus. primo ergo intendimus dolorem mitigare. secundo vero eas exiccare. Sunt tamẽ primo aliqui cañ. obseruandi. Primus cañ. quod si non fuerit dolor nec apostema: nõ est necessitas curationis. et hoc quia pp̃ter remedia fortia qñque deuenitur ad prauas egritudines. s. cancrum vel fistulam. Secũdus cañ. est quod in cura huius egritudinis sit studium in lenitione ven. quia cum feces indurate egrediũtur maximum causant dolorem in egressu suo sua asperitate. et sic fit humorum attractio ad locum. lenitio autem fiat cũ brodio carnium vel cum cass. fistula vel cum decoctionibus lenibus vel cum brodio caulium. Tertius cañ. est opꝫ vt rectificetur corpus et magnus sang. euacuetur. Istis stantibus oportet primo diuertere humorem fluentem. Et in hac intentione laudatur flobotomia basilice et flobotomia saluatelle que est inter anularem et auricularem. etiam administratio ventosarum in spatulis et ligature dolorose in adiutorijs brachiorũ et alie diuersiones vt positiones extremitatum superiorum in aqua calida. Ad dolores etiam remissionem valent anodina supra locum applicata in forma vnctionum emplastrorũ et vnguentorum. De vsualibus primo est oleum vio. quando sentitur calor et ardor sicut euenit in actu practico. oleum etiaꝫ ro. vitellum oui cum oleo vio. incorporatum ita vt reducatur ad formam emplastri et extensum super panno lini ano applicetur. vꝫ. etiã multum medulla panis infusa in lacte cum vitello oui que simul ponatur ad bulliendum postea ad misceatur albumen oui. valet etiam oleum de semine lini oleum crisomilarum et etiã ponatur cum crisomila oleum decoctionis lumbricorum terrestrium. oleum etiã procelionum. i. panaroles. singularem enim habent proprietatem in mitigatione doloris si cum adipe galline contundantur et cum butiro incorporentur et in forma emplm redigantur et ponantur supra locum sedant enim dolorem illico vt dicit Nicolus. vꝫ etiam oleum decoctionis scarabeorum si contundantur et cum oleo fiat emplastrum et sint olea predicta vel amigdalarum dul. Rasis xj cõtinentis dicit capiatur mellilotum et in aqua ponatur et bulliat donec dissoluaẽ et misceatur cum farina fenugreci et cum aliqua pinguedine vt anatis vel galline et in forma emplastri redigatur. Siringel lus vtebatur hoc remedio videlicet capiatur suber qđ ponitur in solis pianelaruꝫ de quo supradictum est cõburatur et puluerizetur et cum aliquo oleo appropriato vt de semine lini vel vitello oui empla

firetur hoc enim maxime iuuat in miti-
gatione doloris. Joan. mattheus gradi
vtebatur limatijs que sunt naturaliter
sine testa decoquantur in oleo violato et
contundantur: deinde cum farina se. li-
ni vel fenugreci fiat emplastrum bene in
corporando. Et etiam vnum singulare et
expertum remedium a me. s. facere vt in-
firmus sedeat in balneo anodino quod
remittat acuitatem: videlicet faciēdo de
coctionē maluarum vio. matrum viola-
rum mellilotti fenugreci camomille folio
rum altee florum tassi barbassi seminis
lini in q̄ decoctiōe sedeat infirmus. et vbi
sedere nō posset fiat epithima cū pannis
lineis madefactis in dicta decoctione et
loco dolenti applicatis et misceātur etiā
flores nenufaris stipita papaueris al. se
men eius et cortices semen iusquiami. cō
fidens in virtute discretiua consequitur
intentionem mitigationis doloris. Qū
autem ista non sufficiunt ad stupe. deue-
niendum est quorum vsualia sunt primo
suppositorium ex filonio ro. cū coto vel
ponendo more emplastri supra locum. vz
etiam athanasia Nicolai. vz etiam hoc
emplastrum. Rx. vnguenti populeonis.
℥. j. vitellum oui vnum opij. ʒ. j. vel vsq
ad. ʒ. ij. croci parum simul misceantur et
in forma emplastri redigantur. mitigat
n. dolorem sed non fiat nisi in intensissi-
mo dolore. Si aūt ista nō sufficiunt opz
hemoroidas aperire faciendo fluere san-
guinem: quia euacuatio sanguine cessa-
bit dolor. Aperimus aūt cum diuersis in
genijs. Primo cum fricatione cum re as-
pera poros dilatante vt cum folijs ficus
etiam cuz paritaria et si est tps hiemis ita
q folia non inueniantur pannus asper
accipiatur fricando cū hoc donec locus
aperiatur. Et oportet nōnunq̄ ad fortio
ra deuenire vt si sumatur pulpa coloquin
tide et infundatur in oleo amigdalarum
amararum et applicetur. aperit enim in
quinq horarum spatio. Ad hanc etiam
intentionē laudat Aui. stercus columbi
num cum saxifragia. succus cepe etiā sin
gulariter vz vt. s. succus extrahatur et lo
co applicet: facit. n. ad apertionē est eniz
sua acredine vlceratiuū. vz. etiam fel vac
cinum. radix etiā ciclaminis vel succus

eius. practici etiā qnq applicant sangui
sugas nō venenosas. et primo inungunt
locum cum sanguine galline vel colum-
be vt sanguisuge loco adhereāt. qr q̄ pri
mum sanguisuge degustant figuntur et
sugunt ipsum vsq replentur et tumefiunt
et ita fortiter qnq adherēt q vix pñt euel
li. et vt euellantur accipiatur de cinere et
supra caput earū spargatur quia subito
cinere percepto separantur. quas capi-
mus et ponimus in vase vt sanguinē quē
suxerūt euomant. et vt euomant vtimur
hoc ingenio. s. ponendo sal super eas et
statim euomunt totum sanguinem. De-
inde si iterū indigemus sanguinis extra
ctione iterum eas applicamus faciendo
vt supra. Si aūt non habebimus sangui
sugas tūc extrahemus san. cum flobo. sz
hoc vitare debemus quantum possibile
est propter difficultatem cōsolidationis.
qd si ex necessitate fiat consolidemus cō
siderata quantitate sanguinis extracti.
Aliqū etiam non stat dolor nec sunt con
suete fluere nec eger est cōsuetus pati ta-
lem fluxum sed sibi displicet talis tumor
vnde vellet eas remouere q̄uis sit casū. su
prascriptus q si non est dolor nec apa nō
debent curari. Si etiam esset consuetus
pati talem fluxum non restringatur nec
exiccetur sed pur qū volum' exiccare lest
quando non sunt forte fluere aliter non
tamen fm Aui. si per interius sumantur
de galbano. ʒ. ij. tribus vicibus exiccat
et hoc expertus est Matth' gradi in quo
dam et bene ei successit. et sicut dicit Aui.
valet etiam ad idem puluis antimonij
pro quo vide Auicen. secundo can̄. et ap
plicatur per exterius. Item per exterius
vz epithima factuz ex decoctione siliqua
rum. i. charabe. Item cum aqua piscium
salitorum vel capita piscium cum modi
co casei salsi apponantur supra locum.
anacardi fructus quidam a proprietate
valent et applicantur hoc modo incidan
tur predicti anacardi et ex eis locus fricetur
et quidam ponunt eos supra prunas et
cum emboto quod est instrumētum quod
dam faciunt ne recipiatur fumus ita q
habeatur scutella in qua sit cinis et pru
ne ignis inq̄ ponant de anacardis de-
inde cooperiat scutella emboto et totus

fumus recipiatur et bene ingrediatur he moroidas. valent etiam folia serpētarie et hoc a proprietate vt dicit Nicolus. radix etiam serpentaria oleum serpentarie et cineres eorū et cortices multum valent vel stringantur hemoroides cum capillis caude equi vel serico paulatine a principio stringendo et in pcessu magis strinhendo et tales vene stringantur et paulatine exiccentur: quare etc.

Cura exitus ani.



Pro cura exit' ani primo oꝫ considerare si cuꝫ humiditate cōplicetur caliditas si nō stat intentio calefactionis et exiccatiōis et in hoc casu ponit Rasis remedium singularissimum. et ita dicit Nicolus ego soleo hoc facere. ex succo hipocbistidos et acatie fiat puluis et ex puluere isto etiam ego vtor. Modus aūt applicari est ꝙ quando infirm' vadit ad assellam et intestinū ē grossum videndum est si est inflammatuꝫ et rubeū si sic lauam' ipsum cum aqua ot. vel iuiubari. si vero non lauamus ipsum cū vino rubeo vel etiam cum decoctione balaustiarum corticum granatorum et aliarum rerum stipticarum et hoc vbi non sit caliditas. postea inungere cū oleo ros. et inde aspergimus ex puluere stiptico deinde intromittaē et quiescat cum coxis eleuatis et strictis. Et hoc opꝫ facere fecibus emissis. Quidam laudāt rosas contritas facta lotione intestini et inunctione ex oleo ros. mirtillorum] citoniorū. Similiter valet pulvis turis vel sandarace. Forte aūt remedium in exiccando est scoria ferri posita supra]intestina vel vinum decoctionis eius est enim multum stipticum quando intestinum non est inflammatum vtimur suprascriptis. Sunt etiā remedia valētia quando est inflāmatum quetu descernas. Ubi ergo sit inflāmatum inungimus ex oleis et vnguentis frigidis. et sic vt cum oleo citonio. rosato. vnguentum etiam sandalinū est singularissimum et vuale et facta prius lotione et hoc quando est humiditas lauans. Et nota ꝙ Rasis tacuit debitum regimen in medicinalibus et in sex reb' non naturalibus que omnia requiruntur ad curā vltra localia et ratio est quia in cura paralisis fuit sufficienter dictūꝫ in cura enim relaxationis oportet regimen esse cali. et sic oportet etiam digerere materiam flegmaticam et eam euacuare: postea malam complexionem remouere et confortare .] Si vo est apa intentio est remouere materiam apostematis et facere decoctionem ex reb' anodinis vt ex camomilla malua altea semine lini se. fe nugreci et applicentur supra intestinum apostematum. laudatur etiam aqua calida intelligēdo de apostemate facto vt ponit Rasis non autem de fiente qꝛ tunc stant alie intentiōes Qꝛ si]est materia admixta sanguini tunc primo diuertim' a principio cum flo. Si vero sit a san. diuertimus cum ventosis vel vomitu. Iteꝫ repercutiēdo. s. faciēdo epithimaex aqua rosa. plantagi. etc. Quādo vero est factū resoluimus cum decoctione dicta et applicentur panni vel spongia in dicta decoctione madefacti. fiat etiam inunctio cū oleo camomillino et fiant reliqua puta fomentationes emplastra balnea vnctiones vaporationes que omnia habeant resoluere materiam: et hanc intentionem tetigit Rasis. postea intromittatur]intestinū et curetur vt dictum est supra abluēdo inungendo et imponendo illa stiptica stet etiam eger cum coxis eleuatis post remedia applicata quia erit situs satis cōueniens. quare etc.

Cura exitus matricis.



In cura exitus matricis etiā considerare oportet vtrum sit apostema vel non. et vtrum sit mollis vel tractabilis qꝛ tunc est materia humida relaxans et tunc facta lotione aspergaē cū puluere stip. dicto in alia cura scilicet de exitu]ani et]intromittatur. Aliquando enim non potest ingredi et Aliquando

tota ingreditur vt dicit Auicen. et putre fit. Et ego vidi mulierem habentem matricem inter coxas pēdentē et putrefactā cui abscisa fuit et adhuc illa per plures annos vixit. preterea tempore pestis Papie mortua est. Practici et applicant ꝑ inferius prauos odores et suffumigāt vt faciendo fumigium ex pennis perdicum et facere vt fumum recipiant quādo senti unt matricis descensum. capiunt etiaꝫ assam fetidā et ponūt supra carbones igni tos ponendo egram in cathedra perfora ta: qua posita supra carbones recipiant fumum. item castoreum quod habet terribilem odorem. contundūt etiā folia vrtice et superponunt matrici. similiter matricariam quam crispulam vocant miscē do cum oleo de semine lini ponunt etiaꝫ ouum corruptū sub gallina fouente oua cum quo intingunt lanam et matrix fugiens prauos odores petit partes superiores. si etiā teneat patiēs apō nares bonos odores iuuat quia matrix percipiēs eos insequitur et consequenter magis conatur ad ascendendum sed si ista non sufficiunt habeatur optima obstetrix ꝙ intromittat matricē postea coxe eleuentur et in hoc situ stet. vel si fiat instrumentuꝫ sicut virga virilis et imponaē inunctum facta tamen prius lotione vini. ru. stipti. gallarū hipocbistidos cum balaustijs et floribus granatorum et inungere cū oleo de cito. vel mirtino. postea cum pulueribus aspergendo vel accipiendo stupas infusas in albumine oui cū pulueribus et alijs predictis et cum boloarme. san. draconis. ante et retro et in situ debito situetur. Si sit apostema consideremus tēpus apostematis. in principio ꝓcedimꝰ cum repercussiuis. in augmento miscemꝰ resolutiua cum repercussiuis: repercussiuis dominantibus in statu repercussiua cum resolutiuis sed resolutiuis dominātibus in declinatiōe pure vtemur resolutiuis et cōsolidatiuis postea intromittatur et fiat vt dictum est de exitu intestini; quare etc.

¶ Cura superflui fluxus menstruorum.



In cura huiꝰ egritudinis sūt due oseruande intentiones. prima est abscisio cause. secūda est retentio sanguinis fluentis.

¶ In prima intentione oportet considerare si proueniat ex sang. abundantia et tunc oportet remouere cum flobo. et dieta tenui prohibendo comestionem rerum san. multiplicantium vt oua vinum carnes. etc. Si vero proueniat ex sang. subtilitate et colericitate: tunc oportet coleraꝫ digerere vt cum siru. ro. de succo acetose de ribes de granatis cuꝫ aqua plan. acetose portulace et ro. euacuando postea cū mirabolanis citri. ꝗ vltra hoc ꝙ euacuāt etiam infrigidant facta euacuatione opꝫ alterare malam cōplexionem cum supradictis vt cū siru. ro. tro. de ro. cū diarodō cum epithimatibus vt cuꝫ aqua ro. plā. cum oleis et emplastris infrigidantibus Si sit ex nimia aquositate humor flegmaticus digeratur cuꝫ melle ro. et aqua absinthij euacuando postea cum mirabolanis chebulis deide remoueatur mala complexio cum contrarijs. Si sit a casu stat intentio cōsolidationis. Si ab vlceribus due sunt intentiones scilicet abstersio et consolidatio pro quibus sicdis vide dicta in de mictu saniei.

¶ Secunda intentio principalis est retētio san. fluentis que duobus perficiē ingenijs scilicet diuersione san. per aliam viam et restrictione viarum per quas fluit sanguis

¶ In primo ingenio laudatur flo. basilice oportet etiam applicare ventosas sub mamillis quia multum diuertunt a matrice vt habet Hipp. quita ꝑticula affor. Mulieris menstrua si vis retinere: sitbi am maiorem mammillis appone: etiam cuꝫ ligaturis dolorosis et ipōne extremitatum in aqua cali. sꝫ ille vētose sunt multum vsuales mane et sero apponātur ante cibum. fricationes etiaꝫ ventose in brachijs multum valent.

¶ Secundum ingenium quod est constrictio aquarū per quas fluit san. ꝑficitur cum his que exhibentur per superius

⁊ inferius interius ⁊ exterius. Per interius cũ siru. constrictiuis vt cũ siru. ros. mirtino de cito. de granatis cum aquis solatri plan. ⁊ accetose. Et de aqua plan. dicit Auic. ꝙ ipsa nõ habet sibi simile in retinendo huiusmodi fluxũ. Ualent etiã ad hanc intentionem trocis. de charabe ⁊ sunt multum vsuales exhibendo. ℈. ij. vel. ʒ. ſ. cum siru. predictis valẽt etiã tro. de spodio cum se. acetose. trocisc. etiã de terra sigillata exhibẽdo de quolibet illorum. ʒ. j. cum siru. vel aqua plan. item corallirum. a. ℈. ij. vsqꝫ ad. ʒ. j. vt exhibere tã tandem de lapide ematitis cũ aqua appropriata. electuariũ etiam de scoria ferri est multum vsuale. etiam trifera ex arte fenonis quam laudat Auic. vꝫ etiam multũ confectio vltimi iuuamẽti isto modo appellata quam multũ laudat Auic. Et nota ꝙ ista intentio restrictionis est a principio ponendo in actu practico qꝛ si multum differamus natura postea assuefacta per illam viã difficulter remouetur ab illa. scoria ferri etiam est singularissima ⁊ experta. Suppositoria etiaꝫ multum conueniunt. ⁊ sic Rasis laudat vnum in littera ꝙ cũ lana vel coto debꝫ imponi intinctũ in aqua vel succo plan. ponendo de olibano balaustijs antimonio acatia alumine *etiam fedeat patiẽs* in aqua de curcuma quaꝫ quidã dicunt esse celidoniã quidã vero aliud. Quãdo causa est san. aquositas opꝫ eam remouere cum exiccantibus. ⁊ ideo conuenit balneum rerũ stip. vt ex rosis corticibus granatorum ponendo in dicta decoctione plãtas pedis vsqꝫ ad genua vł in ipa madefacere pãnos lineos ⁊ ponere ipos in regiõib⁹ matricis ante ⁊ retro. vnctiones etiam constringentes conueniũt vt vnguentum sandalinum de anthera vel cõitisse ⁊ ex istis fiat inunctio supra dorsum vbi est situs matricis ⁊ venter inũgatur ex oleo mirtino de cito. postea aspgimus de pul. rerũ stip. vt de pul. boliar. sang. dra. terre sigillate corticum granatorum gallarum balaustiarum rosarum ⁊c. Per inferius vero ponantur suppositoria ex lana vel coto intincta in succo plãta. solatri vel aquis earũ ⁊ aqua ro. ponendo de terra sigillata boloar. ⁊ cũ aquis frig. ⁊ alijs pulueribus predictis conueniunt etiam clisteria cũ aqua plã. boloar san. dra. clisterizando matricem. Quod si ista non sufficiunt tandem deueniendum est ad stupefactiua vt dando athanasie Nicolai. ʒ. ſ. vel filonij persici ʒ. j. causa constringendi ⁊ est fiendum in casu desperato vt virtus confortetur: deinde procedimus cuꝫ diuersis remedijs. Rasis docuit ꝙ fiat pessarium acutum quod cauterizat ⁊ generat escaram sed non laudatur nec est vsuale sit solum in casu desperato: quare ⁊c.

¶ Cura retentionis menstruorum.



Quando in corpore mulieris nõ est sanguis supfluus tunc si per mẽstrua nõ emittatur non est mirandũ quia natura intendit corpus restaurare vt multotiens accidit in mulieribus cũ patiũtur egritudines vel fe. cronicas qꝛ tunc natura intendit illum sanguinem retinere pro corporis conseruatione ⁊ restauratione: ⁊ ita tunc sang. nõ superfluit nec ꝑ menstrua emittitur: vnde tunc prouocari nõ potest sicut accidit cuidã scholari nouiter practicãti cũ vellet menstrua prouocare in quadam muliere extenuata ex quartana quã longo tempore passa fuerat vnde nunqꝫ potuit quare misit ad me mulierem qui eam videns dixi nũquã posse prouocari donec mulier esset bñ restaurata. Nota ꝙ trocisci quos Rasis in littera describit sunt vsuales ⁊ eis practici cõiter vtuntur ⁊ tenentur cõfecti ⁊ multũ valent in prouocatione fetus ⁊ menstruorum etiã ad iuuandũ exitum ⁊ dentur cum decoctione iuniperi de quo dicit Dios. ꝙ tantũ prouocat ꝙ facit san. mingere. Cura huius egritudinis reducitur ad duas principales intentiones. prima est abscisio cause retentionis. secunda est facilitatio exit⁹ siue prouocatio.

¶ Prima intentio sic perficitur. nam si causa sit ex ꝑte fortitudinis caloris seu

virtutis ꝙ talia menstrua retineantur non debent prouocari quia calor est sufficiens ad consumēdum tales superfluitates sicut accidit in mulierib⁹ que sunt viragines ꝛ vtentibus fortibus exercitijs. Si vero ex debilitate virtutis opꝫ bonum cibum ex bibere vt vinuꝫ oua sorbilia carnes ꝛ similia san. generantia ꝛ restaurantia virtutem ꝛ non oportet prouocare. sed vt supra dicebatur oportet expectare dispositionem in qua reducta sit natura ad suā naturalem dispositionē: qua reducta si remaneat sopita: tunc oꝫ eam adiuuare ꝛ prouocare. Si vero fuerit propter materiam oppilantē flegmaticam sicut plurimum contingit opꝫ eā digerere cum sirupo de bisantijs de duabus radicibus ꝛ quinqꝫ radicibus cum aq̄s apij feniculi cuscute. postea ꝫo euacuamus. ꝛ de solemnibus euacuatiuis est agar. q: mundificat materiā flegmaticam ꝛ maxime a matricibus mulierum ꝛ est singulare. In hoc casu euacuamus etiaꝫ cū elio indo cū diafenicone: deinde oportet alterare ꝛ malam complexionē remouere ne iterum reaggregetur materia confortando stomachū ꝛ epar cū inunctionibus ꝛ cōfectionibus in alijs locis proprijs iam dictis. Si vero ex parte digani oportet cognoscere causaꝫ. Si fuerit propter materiā flegmaticam oppilantē ꝛ tūc digerimus deinde euacuamus diuertendo ad intestina vt dādo semel in hebdomoda pillulas masticinas cum aga. vel de hiere. s. cuꝫ agar. vel de hiera magna cū aga. ꝛ cum istis taliter diuertimus m̄am ad intestina ne ampli⁹ reaggregetur in matrice: ꝛ tūc disponim⁹ regimē declinās ad cal. ꝛ sic. Si vero ab apostemate proueniat curetur cura apa tis vt supradictum est. Si autē ab vlcere cura est impossibilis sed ordinetur regimen ꝛ non multum comedat ꝛ exercitetur ꝛ euemus san. per flobotomiam frequenter vt san. qui dēbat ꝑ intestina fluere resoluatur hoc regimine vel eductur hac ctione per illas vias. Si cā sit nimia pinguedo curetur cū forti exercitio tolleran tia famis ꝛ cum alijs resoluentibus.

¶ Scđa intentio principalis est prouocatio menstruorum que fit cum illis que per superius ꝛ inferius administrantur. De his que ꝑ superius sunt ode sirupi ꝛ aque aperitiue vt est siru. de bisantijs de duabus radicib⁹ ꝛ de quinqꝫ radicibus cū aquis apij feniculi cuscute. Decoctio etiam cōis quinqꝫ radicū sola conuenit sciꝫ petrosilij brusci feni. sparagi apij ꝛ hoc est expertum a mulieribus matrimonialibus abstinētibus a coitu admisceretur etiā de sauina parua q̄ est maxime prouocatiua. cōuenit etiā decoctio facta ex pulegio calamento mentastro ꝛ origano. conuenit & decoctio cicerū ru. faseolorum vel ex rubea tinctorū que est multum prouocatiua ꝛ damus de huiusmodi decoctione. ℥. v. vel. vj. in mane ꝛ debꝫ prohiberi cal. ꝛ cū sir. de duab⁹ radi. damus tro. descriptos in littera a Rasi. ꝛ cōmuniter damus de huiusmodi tro. ℨ. j. vel. ℨ. iiij. sed hnt odorē valde prauum: sed in forma pillulari melius capiūtur. cassia lignea est maxime prouocatiua. Et eius cortex. cinamomum etiam ꝛ crocus multū prouocāt ponēdo in scutella brodij maxime cicerū vel faseolorum rub. in aqua decoctionis sit radix apij. postea ponendo crocū. ꝛ de istis oībus puluerib⁹ possum⁹ dare. ℨ. j. vel cassie lignee solum. ℨ. j. Et Jos. mathe⁹. gradi dicit capiatur cassia lig. porrax gummi quoddaꝫ quo vtunt aurifices ad cōsolidandū aurum. ꝛ de istis cū aqua apij vel decoctione sauine detur in potu. Dosis aūt istoruꝫ puluerisatoꝝ sit. ℨ. j. Ualet etiā sedere in balneo decoctionis rerū prouocatiuarum menstruoꝝ. ꝛ qñ volumus ꝓuocare opꝫ expectare tp̄s in quo nō sit cōsueta fluere sang. expellere ꝛ tūc fiat decoctio ex rebus dictis vel applicentur alia dicta bis in die. s. mane ante prādiū ꝛ añ cenā prouocam⁹. & cū fortibus fricationib⁹ fricetur ergo vēter ꝛ coxe quia attrahit ad matricē sang. & cū appositione ventosarum. ꝛ sic practici faciūt. applicāt eni vētosas in pte domestica coxarū vl sub curuatura poplitis. i. genu: q: ibi est vena q̄ respicit matricē laudatur etiā flobotomia saphene q̄ est singularis in hac prouocatione. Sed aliqñ sang. est fluxus ad ma



tricem τ vene matricis sun clause: vnde
opus est tunc ponere in matrice aliquid
quod aperiat orificia venarum cum ve-
ne sint clause vt san. nō possit egredi ideo
est herba que appellaē mercurialis que
si capiatur τ contundatur vel subtiliter
incidatur τ ligetur in petia lini τ pona-
tur ad intra matricez in nocte aperit ori
ficia venarum. τ debet hec petia poni cū
filo appensa vt possit libere extrahi. Ali
ud etiā singulare qđ laudat Jo. mat. est
farina git quod apud vulgares appella
tur giton τ est granū nigrum τ rotundū
quod nascitur in frumento contundaē si
ue teratur τ ligetur in panno lini subtili
τ ponaē vt supra τ mirabiliter operatur
Metridatum etiā vz cuz mastice vt cape
re metridati. ℥. ʃ. masticis. ℈. ʃ. τ superpo-
natur. Et lz mastix sit stipticus tn̄ est at-
tractiuus: vn̄ si retineatur in ore mirabi
liter attrahit flegma a capite. Si fortio-
ra volumus habemus quasdam gummi
spēs vt galbanum serapinū opponacum
euforbiū de quo dicit Aui. in. c. de prefo-
catione: ꝙ puocat in illa hora qua sumi
tur. Et coloquintida eleborus scamonea
ciclamen si mulier trāseat super ea puo-
cat mēstrua mirabiliter. fiant ergo ex eis
suppositoria alligata filo. τ aliqñ trahi
tur ad matricē tanta materia ꝙ vir p mē
sem non pōt coire. Et si ista suppositoria
faciunt ardorem maximū sicut sepe con-
tingit ita vt mulieres blasphemant me-
dicū madefaciāt pānos lini in aqua ro.
τ albumine oui oleo violato ro. τ lacte τ
supponatur. τ si opus fuerit remouebi-
tur. ardor cum predictis etiam cum litar
girio: quare τc.

Cura prefocationis matricis.

In cura prefocationis matri
cis prima intentio est cōuer-
tere vapores que eleuantur
ad superiora ad partes infe-
riores τ prohibere ne alij va
pores ascendant. τ hoc pluribus modis
Primus vt dicit Rasis fricentur extre-
ma inferiora. Scđs est vt ē dicit ꝙ fiant
ligature fortes τ sic faciunt practici ligā
tes crura τ coxas τ dimittunt ligata ali
quanto tempore. Tertio fit cum ventosis
ponēdo circa partes inferiores. s. partes
domesticas coxarū τ in carnositate tibia
rum vel supra sumen. Et si illa non suffi-
ciunt fiat flobotomia in saphena pedis
quia attrahitur san. τ materie ad inferio
ra. laudatur etiam flobotomia sub popli
te id est genu. sed oportet primo causam
diuertere si est ex retentione menstruoruz
τ non ex spermate corrupto per retentio-
nem: quia si ex spermate corrupto: tunc
traheremus illud sperma corruptum ad
intra venas per talem flobotomiaz quia
non esset fienda. diuertimus etiam vapo
res cum rebus odoriferis applicatis in-
tra. Et ita Aui. laudauit galliam. scili-
cet muscatam in qua ingreditur gallia
τ muscus etiam elefanginam quoniam
vapores ad ista conuertuntur. accipiatur
etiam muscus ambra gari. cinnamomē
incorporando cum storace liquida τ fi-
ant pillule ad modum lupinorum qua-
rum vna ponatur supra ignem vt effu-
met: deinde egra ponatur ad sedendū in
cathedra perforata τ recipiat huiusmo-
di fumum. accipiunt etiā practici de oleo
de lilio hirino laurino τ de musco dissol
uendo in eis de gallia τ iniiciunt in ma
tricem τ faciunt vt obstetrix experta in-
tingat digitum medium in hoc liquore
deinde imponat in matricem τ circunuo
luendo ducat hincinde causando quan
dam titillationem: vnde matrix commo
uetur ad appetitum coeundi τ percipit
delectationem. τ per hoc quandoqꝫ poli
tur quod egredittur sperma corruptum.
Etiā ad idem valet quoddam simplex
quod dicitur vulgari sermone zibet vel
zebet quod applicatur eodez modo sicut
supradictum est: de quo semel vsus fui in
muliere quadam patiente prefocationez
cui causauit tantum appetitū coeundi ꝙ
quasi continue volebat marito suo copu
lari deinde rogauit me sibi velle talez ap
petitum remouere. dixi ꝙ ex se remoue-
bitur post aliquot dies. Et nota ꝙ si vir
quando vult vti cum muliere ponat in
summitate virge de dicto zibet τ subito
vtatur cābit in eo maximā delectationē.
Per superius vero cōueniunt ea que ma
lum habent odorē: qꝛ in sursum cōuertū
tur fumi vel māē: iđ oꝫ eos reprimere: ius

ter que est assa fetida que ponaf sub naribus etiā castoreum est singulare. similiter serapinum et galbanū si ponantur supra carbones ignitos vel ponantur ad nares. tenere etiam in ore radicem zedoarie confert. mulieres capiunt sotulares et comburunt in igne et ponūt in oleo de semine lini et recipiunt fumum. et istud est corij combusti. fumus enim iste fugat serpentes viuos vt vidi in vno existente in hospitali Papie qui habebat viperam in stomacho cui fecerunt multa remedia vt eam expellerent. scz ponēdo lac ad os et multa alia: veniebat enim ad os et nolebat egredi. tandem factis fiendis eger fuit suffumigatus ex tali fumo et statim vipera visa est egredi per anum. fumus etiam pennarum precipue perdicis combustarum conuenit et sic releuamus egrā a peroxysmo prefocationis: et qz tunc oz in abscissione cause insistere euforbiuz est multum prouocatiuum vt supradictum est hoc etiā medicamen potest exhiberi. ℞. seminis agni casti seminis dauci cinnamomi croci aā. ℈. ß. fiat puluis subtilis et fumatur cuz aqua infrascripta. ℞. aquarum nepite arthemisie et bugl. aā. ℥. j. misce. Si vero ex spermate retēto fiat et sit puella vel non consueta viro vel vidua: tunc debemus dare maritum si est possibile. Si vero non vellet nubi vel esset monialis flobotomemus sepe eam et faciamus eam ieiunare et fortiter exercери. dimittat etiam carnes oua et vinum vtatur semine et folijs agni casti ruta cimino dauco. Secretum Jo. marliani qđ exiccat sperma. ℞. dauci. ℥. ß. dissoluatur cum aqua arthemisie et bibatur. Auicē. etiā laudat vinum simplex quod dicitur alsosor. et dicit cum sumitur est sanitas in eo quare etc.

¶ Cura ragadiarum vulue et eius apostematis.



Ota qđ pessarium dicitur clistere matricis: nascale vero dicitur suppositoriū eius. sz aliqñ cōfunduntur. ysopi cerotū est ysopus humida et est sordities quasi sudor accepta a pellib⁹ ouiū qđ cerotum est sublime in mollificando: et ideo applicatum super illas scissuras que maximum causant dolorē soluendo continuum est singularissimū. ¶ Quātū vero ad curā apatis. istud apa aliquādo terminaf per resolutionem: aliquādo cōuertitur ad dublen. i. collectionem et saniem: etiā qz multotiēs generātur in matrice apata melācolica cācerosa: ideo cōmuniter practici vtunf vnguento de plūbo ad extrahendum adustionem. capiuntur enim liquores diuersi maxime illi describpti a Rasi in littera vz cāphora sandali et alia frigida bene pistent in mortario plumbeo cū pistello plumbeo. et istud applicatur apati cācroso. Emplm etiā de melliloto vz in omnibus apatibus interioribus: et dissoluatur hoc emplastrum cū aliquo oleo vt cum oleo de semine lini: sedat enim dolorem et mundificat. Et no. qđ in cancro confirmato non oportet vti acutis sed blanditiuis: qz si cum acutis procederemus: tunc materia magis aduereret. procedendum est ergo cū aqua vel succo solatri et plan. oleo vio. ro. mucilagine psilij vnguento de cerusa de plūbo. ¶ Pro cura etiā ragadiarum conueniunt rose oleum camomillinum de semine lini violatum rosa. vt dictū est supra emplastrum de plumbo dissoluto cum oleo de semine lini linitum vel clisterizatum vz ad omnia apata interiora. vz et balneū anodinum in quo sedeat. vz etiā suppositio vel suffumigatio. debent ergo iste ragadie primo abstergi deinde cōsolidari: nisi sint cancerose quare etc.

¶ Cura mole matricis.



Ura mole matricis est cura retentionis menstruoruz ita qđ procedere debemus cum hisque prouocant menstrua vt cum decoctione calamenti radicum pulegij corticum cassiefistu. et similibus prouocantibus menstrua. Si ergo puenerit a ventositate et non ab aliquo san. retento nec carne generata fiat decoctio de seminibus et ea que diximus in. c. de colica ventosa. vz enim resoluendo ventositatem diaciminum dianisum

diagalanga electuarium de baccis lau
ri. fiant etiam pessaria ex mercuriali gtt.
vel si fortia volumus faciemus ex car
damomo oppoponaco euforbio. sed ad
ista fortia deueniendum est in vltimo
alijs iam probatis. Item inungendo sun
dendo balneando cum his que habent
virtutem resolutiuam inungendo vz cuz
oleo de balsamo. Item faciendo etiã pes
sarium de ruta mentastro de quibus di
ctum est in. c. de retentione menstruorum
et cum mitridato mastice ꝛc. semper a le
uioribus incboando. Cõfert etiam sepe
mundificare corpus patientis cum pillu
lis fetidis. sed quando ista non prosunt.
relinquatur nature: qꝛ ipsa ex se resoluet
superfluitates. Nota ꝙ sicut generatur
hec mola in matrice ita etiam generant
alie res preter naturam vt testor me vidisse
se in quadam muliere Papiense que pu
tans esse pregnantẽ post. xij. menses eni
sit frustum vnum carnis satis magnum
et multa alia parua et simul cum illis pe
perit animal ad similitudinem vnius
tenconis piscis et erat coloris viridis ob
scuri supra tergum et infra erat rubei co
loris et habebat corium ita durum quod
vix cum gladio scindi poterat. habebat
enim motum et plicabat se sicut ericius
quare ꝛc.

Cura hernie siue crepature.



Ro hac cura due sunt inten
tiones notãde. Prima est re
ductio intestinorum ad sitaz
suum. Scda est intestinorum
retentio in situ suo cõuenien
ti et consolidatio rupti siue dislocati.
¶ In prima intẽtione regimen debet esse
prohibitiuum vẽtositatis et nõ gñatiuũ
qꝛ si intestina descẽdunt tunc tumefiunt
et non pñt bene reingredi. reductio autez
intestinorum fit hoc mõ. iubent. n. practi
ci vt resuppinet infirmus cũ coxis sursuz
eleuatis et si ex ipsis nõ ingrediant: tunc
opz cũ leui compressione illa ad intra si
p hac reducere. et si non possumus ꝓpter
ventositatẽ resistentẽ que est in intestinis
prohibẽs eoꝝ ingressum resoluemus illã
ventositatem postea intromittamus. re
soluemus aũt cũ decoctiõe mellilloti ane
ti seminis lini fenugre. anisi cimi. sc. etiaz
carui cum spongia vaporando vel cũ ve
sicis illa decoctione plenis et inungendo
cum oleo amigdalarum dul. camomilli
no et anetino vt mollificatis intestinis et
sifac melius ingrediantur et leuiter tre
ctando introducantur. eleuamus etiam
coxas infirmoꝝ et caput tenemus depres
sum sepius agitando cum cruribus ele
uatis vt melius ad situm suuz reducant.
¶ Scda intentio est retẽtio intestinorum
in loco suo. retinemus aũt cũ ligatura de
bita cum bragerijs que cõprimẽdo lo
cum cõprimant ne in intestina descendãt
aliqñ autem ad retinendum et consolidã
dum sola ligatura sufficit maxime in in
fantibus qui habent virtutem restaurati
uam bonam. et in eis fit talis consolida
tio. aliqñ indigemus medicaminibus. et
de eis sunt quedã cerota vt est cerotum
Ras. in littera etiam cerotum aliqd vsua
le qd dicit cerotũ de pelle arietis. et istud
tamen confectum aromatari de la serene
la Papie in quo ingreditur san. huma
nus: Cuius descriptionem habes a Jo.
mat. gradi in quodam consilio qd facit
de ruptura sifac et est hoc. ℞. picis na
ualis. ℥. ij. litargirij. ℥. j. cere citrine et ru
bee colofonie añ. ℥ ij. aromatici oppopo
naci bdellij galbani añ. ℥. j. visci querci
ni. ℥. iij. aloes. ℥. j. ß. masticis corticũ thu
ris myrrhe terbentine nucis cupressi glu
tinis piscium sarcocolle añ. ℥. j. ß. boli ar
me. gipsi añ. ℥. iij. aristol. long. et rotun.
cum con
solide maioris et minoris añ. ʒ. san. hu
mani. lib. j. cipiri sansuci acatie gallarũ
añ. ℥. ß. sauine capitum granatarũ añ. ℥.
ß. Itẽ. ℞. pellem arietinam vnã et deco
que diu in aqua dulci pluuiali quousqꝫ
pellis discoagulata sit tũc mollifica vi
scum et gummas in octã aqua pluuiali
et pone ad ignez quousqꝫ ola bene discoa
gulata sint deinde cola postea adde desu
per puluerẽ oĩum aliarũ rerũ et iterũ reduc
ad ignẽ et coque quousqꝫ sit ad modum
empli: postea ipso vtere. ¶ Nota tñ pro
regula ꝙ ipso apposito nõ remoueat cir
ca. ix. dies patiente semꝑ quantũ possi
bile est quieto manente. nam vt refert

Aulzoar.lib.24.thesi'. quidã iuuenis qui hoc morbo laborabat stetit duobus mensibus super dorso suo & cum bono regimine sine medicinarum applicatione liberatus est. vide predictum consilium qr ibi ponit multa alia & singularissima Alia sunt ingenia retinendi intestina ne descendãt. Quidam enim cauterizant locum per quem descendunt intestina vt in inguine dextro si per locuz illum descendunt: quia per hoc generatur caro callosa prohibẽs descensuz. Alij faciunt foramen in loco dicto & imponunt filum aureum & ita continue procedunt constringendo. & faciunt istud foramen per cõstrictionem ita strictum q intestina non possunt descendere. Alij vero faciunt per castraturam ita q scindunt illum testiculũ & vasa spermatica & ita didimum postea cauterizant & generat escara. in pinguibus in musculis faciunt fasciaz ab ipsis incipientez & descẽdentem vsq ad inguina: & ita ad alium musculuz & est optima ligatura quã ego fieri feci pluribus. Papie. est vnus ferrarius in sancto Joanne in burgo qui facit brageros ferreos & sunt optimi & multum iuuantes. Si vero proueniat a ventositate cognoscimus: qr ibi non est grauitas & est magna transluscentia. cognoscimus etiam ex tactu burse testiculorum q sit ventositas & ista maxime appz in hidropisi ascilite & maxime in timpanite: & tunc in cura est procedendum cum resoluentibus vt cum oleo de eberua cum oleo sambacino qd fit ex folijs sambacis de lilio camomillino de ruta de aneto. Remediuz singulare qd laudat Aui. est emplastrum facum ex fabis decoctis eo modo ac si vellemus eas comedere sunt. n. calefactiue & exiccatiue: ideo valent emplastrate cum oleo camomillino rutaceo de lilio fm q volumus magis vel minus calefacere. possumus etiã ponere de alijs feminibus vt anisi aneti carui cimini. Si vero proueniat ab aquositate procedamus cuz calefactiuis & exiccatiuis vt cũ emplastro de stercore vaccino & caprino. Sed si ista & alia calefacientia non valeant fiat foramen in bursa testiculorum vt aqua egrediatur: postea cõsolidetur. Et aduertamus semper & attendamus cause seu radici que generauit aquositatem vt puta epati si sit causa. Si vero sit cancerosa & proueniat propter sang. abundantiam fiat primo flobotomia postea humectamus deinde resoluimus. Si vero sit varicosa & proueniat a sanguine varicoso primo fiat flobotomia deinde digerat humor melancolicus postea euacuetur: deinde humectentur veruce deinde resoluantur. Sed si ista parum faciunt scindantur leuiter cum cauterio cum igne vsq ad didimum incidendo postea venas comprimendo que sunt circa testiculum redibit ad pristinum statum.

¶ Nota de muliere quadam quam vidi que cum in partu laboraret fuit crepta & egressa fuerunt intestina & fecerũt magnũ tumorem in vmbilico.

¶ Nota etiam q multotiens quando intestinum ingreditur bursam testiculoruz. intestinum voluitur & torquetur & causat magnum dolorem. repletur etiam quandoq fecibus & ventositate & non potest redire ad locum suum. etiam ratione inuolutionis alie feces non possunt descendere ad partes inferiores: quare regurgitant ad partes superiores: quare et cetera.

¶ Cura doloris iuncturarum a causa calida.



PRo cura doloris iuncturarũ quinq intentiones sunt obseruande. prima est diuersio vel minoratio materie. secunda digestio. tertia euacuatio quarta mitigatio doloris & repercussio. quinta & vltima remanentis resolutio.

¶ Pro prima intẽtione facimus flo. laudatam a Rasi. & hoc quãdo talis dolor prouenit a san. vel a materia san. mixta: in diuersis tamen venis hanc facimus Si. n. est in manu dextra fiat flobotomia in pede dextro tantum per vnam diametrum & econtra. Si tamen pedes sint debiles a natura non debemus hanc facere ne materie attrahantur ad pedes sed tunc fiat a basilica. Si autez fiat ab alia materia a sanguine: fiat digestio deinde

Ysdini, Terminthe ʒ ij.
butiri ʒ iij
nj.

euacuatio. De flobotomia videtur cōtrouersia. Nam Serapio non concedit flobotomiam esse fiendam materia non digesta. Aui. vero vult ꝙ fiat in principio. Respondetur ꝙ Aui. habuit intentionē ad dolorem qui est fortis ꝛ multum attrahit: ideo ad diuertendum concedit flobotomiam in principio postea dicit incipe a re forti quibus debilior fit incolumior. Iste autem sermo videtur cōtradictori⁹ sed dicatur ꝙ nulla est cōtradictio: quia quando dicit incipe a re forti intelligit. i. incipe ab euacuatiuo electiue euacuāte quia materia est in locis longinquis: ideo indiget euacuatiuo electiue euacuāte quibus inter electiue euacuantia debilior fit incolumior: quia fortia euacuatiua euacuant subtile relinquendo grossum. etiā faciunt maximam agitationē in corpore ideo gradatim in huiusmodi euacuationibus procedendum est diuertimus ergo cum solutiuo electiue euacuāte in materia calida ꝛ vsuales sunt pillule de hermodactilis minores ꝛ tenentur confecte pillule autem de hermodactilis maiores valent in cā frigida ꝛ describit eas. M. vbi dicit pillule de hermodactilis ex inuentione nostra ꝛ damus. ℥. ß. pillularū de hermodactilis minorum vel. ℈. ij. inkā call. ponēdo aliquātulū de reubarbaro.

¶ Secunda intentio est digestio humorum: ꝛ licet multa habeamus in proposito tamen siru. de endiuia ꝛ siru. acetosus non sunt boni: opꝫ ergo vt siru. in proposito sint frigidi ꝛ stipti. vt verbigratia ℞. siru. ro. ℥. j. sirup. de grana. ℥. ß. aqua rū plan. ꝛ ro. an. ℥. ß. solatri acetoseā. ℥. ß. misce, cōtinua ꝑ quattuor vel q̄nqꝫ dies

¶ Tertia intentio est eradicatiua euacuatio in qua laudantur pillule dicte sup̄ videlꝫ dando. ℥. ß. pillularū de hermodactilis mino. vel. ℈. iiij. ꝛ sic ꝓcedendo vsq̄ quo tota materia euacuetur ꝛ ad repercussionem materierum ad locū oportet attendere continue ꝛ inungere cum oleo ro. practici enim incipiunt epithimare ꝛ ita ponunt statim a prin. in ope intentionem repercussionis.

¶ Quantum ad primam incipiendo ab aere. aer in estate debet esse declivis ad frigidum vt vult Rasis. x. Alman. et qualiter fiat satis patet ex aliis capitulis. Cibi sint sicut panis infusus in aqua frigida aut sit lotus in ea bis vel ter et postea infusus in vino albo delectabili et bene limphato. Item confert ptisana ordei et carnes sint sicut hedi fasianorum perdicum paruarum auium et pullorum et precipue ale predictarum auium et testiculi gallorum nondum coeuntium in lacte nutritorum et sine lacte. Item carnes caponum nutritorum ex amilo et frumento. Pisces petrosi et nati in bonis aquis dul. Item cancri fluuiales testudines limacie et rane Item oua sorbilia precipue in aqua decocta. Item caseus recens non salitus. Item non existente feb. putrida conuenit lac vt dicit Serapio de quo lacte infra magis dicetur. Olera sint sicut lactuca portulaca blitis curcurbita malua et spinachia et similia. Fructus sint sicut cerasa pruna mora persica granata precipue muza melones indi cucumeres citrulli poma arantia ficus humide vua bene maturas sed in parua tamen quantitate. Potus sit aqua ordei aut vinum album debile subtile clarum aromaticum et cum aqua limphatum: et tam cibi quam potus debent esse actualiter frigidi. et plus declinantes ad humidum quam ad frigidum quia in feb. ista plus indigemus humectatione quam infrigidatione vt vult Auer. ij. colliget. Motus et quies vitetur motus vtatur quiete. aliquis tamen motus paruus et mitis ante cibum conueniens est. et similiter levis fricatio precipue cum inunctionibus somnum prouocare; quia iuuat vt Rasis dicit loco preallegato. Somnus et vigilia. somnus debet esse plixus. vnde Auice. dicit quod oportet vt ethicus declinet ad quietem tranquillitatem scilicet animi et somnum et vitet quantum potest instantiam vigiliarum. Inanitio et repletio. vitet repletionem superfluam et ieiunium: et ideo vt vult. Aui. non debent tollerare famen aut sitim. Dieta tamen debet magis declinare ad grossum quam ad subtile propter plixitatem morbi. sed quia virtus est debilis non potest regulare multam quantitatem cibi in vna vice ideo debet partire in multis vicibus: vt puta ter in die naturali: et cena debet esse amplior prandio et omnis cibi sit facilis digestionis boni nutrimenti non tamen facilis dissolubilis in corpore. Accidentia anime gaudeat et letetur moderate.

¶ Secunda intentio principalis que est circa medicinalia conuenientia quattuor habet intentiones. quarum prima est ad ca[...]

feb. ethice non neglecta tamen feb. secūda est ad ethicā feb. prout ethica est. tertia est ad dispōnes complicatas cū ipsa feb. ethica. quarta est ad accidentia coniuncta cum causa.

¶ Prima intentio completur per ea que contrariantur ipsi cause vt si fuerit vlcus in pulmone aut in pectore sicut cōtingit in ptisi debent remoueri ipsa vlcera non negligēdo tamen curationē feb. ethice. Et similiter si fuerit tristitia q̄ administretur cōtrariū. s. letitia. Si fuerit ira remoueat̃ cū patiētia: vt dicit Isaac et sic intelligendo de aliis causis de quibus esset prolixum narrare.

¶ Secunda intentio completur per medicinas frigidas et humidas. et quāuis Auicē. concedat trociscos de camphora qui sunt sicci intelligi debet q̄ non admittantur soli sed mixti cū aliqua re. humectāte vt cū siru. vio. aut simili vt vult Nicolus ad hūc etiā intentionē confert aqua ordei cocta cū cancris fluuialibus et modus faciendi eaȝ est vt accipiantur cancri fluuiales recentes et euellant̃ cortices et extrema ab eis et abluant̃ cū aq̄ frigida. cinere et sale tribus vicib' et plus donec remoueatur ab eis ille ordo grauis. deinde lauentur iterū cū aqua frigi. sola postea conterantur et coquantur cū aqua ordei excorticati. dosis istius aque est lib. s. Ad hanc intentionē vȝ sicut iulep violatū siru. vio. sirup. de papauere. et ista possunt administrari permiscendo cū aqua frigida aut cū aqua endi. Item laudatur siru. de iuiubis. Item electuarium restauratiuū descriptū a Gordonio et multa alia restauratiua. Electuaria sunt descripta a practicis precipue a modernis de quibus esset longū dicere: sed inter cetera apud practicos modernos et excellentes viros laudat̃ vnū electuariū descriptum a Francisco de pedemontiū quod dicit esse expertū: et confert tam in ethica febrili q̄ in ethica senectutis. hec enim electuaria restauratiua iuuant propterea vltra hoc q̄ humectant etiam restaurant. vnde Auicē. vult q̄ omnes medicine que conueniūt in tali febre ethica sint frigide et humide et cū hoc nutritiue. Item in hac intentione multum confert lac humanū quod sugitur ab vbere: aut lac asininū quod apud aliquos magis commendatur propter humiditatē suaȝ et eius subtilitatē vnde faciliter trāsit in nutrimentuȝ et debet eligi asina iuuenis que sit in colore flaua propinqua partui per duos vel tres mēses et eius lac sit bone substantie qđ cognoscitur cū distillat̃ super vnguē aut speculū qd non extendit̃ versus latera: et dȝ nutriri asina ex herbis frigidis et humidis sicut endiuia lactuca et similibus. dosis eius sit incipiendo primo a pauca dosi vt Aui. dicit. ʒ. x. postea deueniēdo vsq̄ ad. xxx. Francisc' de pedemontiū incipit a quātitate. ʒ. iij. et postea ascendit vsq̄ ad. ʒ. iiij. aliqui a principio incipiunt a quantitate. ʒ. ij. et postea ascendunt vsq̄ ad lib. s. et ego do. ʒ. iij. vsq̄ ad. iiij. et dȝ dari stomacho ieiuno. et causa propter quā experitur in modica quātitate est q ne sequat̃ lesio corporis et sequat̃ feb. putrida. Signa aūt lesionis sunt: augmentum sitis angustia anhelitus et caloris recepti apparent. q̄ quidē accidentia quādo sciūtur tunc abstinendū est a lacte. et etiā est abstinendū ab eo vbi feb. putrida coniuncta fuerit sicut supra dictum fuit nisi lac esset factuȝ acetosum et esset prius extractū butiruȝ. Modus auteȝ faciendi lac acetosum est positus ab Auicen. capitulo de cura ptisis et debet sumi stomacho ieiuno et debȝ esse nouiter mulctū ab vbere ne corrumperetur. Ab extra vȝ inunctio facta ad dorsum cum oleo violato et istud cōmuniter est in vsu apud me. Itē laudat Frāciscus de pedemontiū quoddā cerotū qđ dicit esse expertū cuius descriptio videatur ab eo. Item confert epithima ad pectus frigi. virtualiter non tm̄ actualiter vt dicit Nicolus et debet administrari ante cibum vt Ras dicit loco superius allegato. laudatur ab auctore balneū ex aq̄ frigi. sed vt dictū est de mente Genti. in capitulo de cura putridarū in generali aqud modernos non est in vsu.

¶ Tertia intentio est ad dispōnes complicitas cum ipsa feb. quarum inter ceteras plurimum reperitur febris putrida. vnde in casu isto interdū oportet administrare solutiua que non conueniunt

In cura ethice vt ethica est cum sit inma
terialis sed ratione putride q̄ plm̄ cau
satur propter indigestionem ex qua ag
gregātur superfluitates multe que sunt a
corpore euacuande sed nō cū farmaco so
lutiuo forti propter timorē exiccationis
⁊ debilitatis virtutis:sed cū farmaco so
lutiuo debili ⁊ leui euacuandum est qua
lia sunt cassia māna mirabolani q̄ licet
sint sicci tm̄ laudantur ab Isaac: sed pu
to ꝙ debent esse permixti cū medicinis
lenitiuis dictis aut cum siru. violato.
¶ Quarta intentio est correctio accidē
tium coniunctoꝝ cū ipsa feb. ethica que
vtplm̄ sunt sicut sincopis fluxus ventris
⁊ tussis. vnde si fuerit sincopis curatur
dando aqua carnium hedi aut aliarum
car. laudabiliuꝫ suprascriptarū ⁊ permi
scendo succū de succo pomoꝝ macianoꝝ
⁊ similiū vtputa de succo granatoꝝ ⁊ cū
decima parte vini odoriferi. aut vt dicit
Sera. detur vitellus oui sorbilis ⁊ rore
tur facies sepe cum aqua ro. Fluxus ven
tris curatur exbibendo in potu lac ace
tosum a quo extractū est butirū. ⁊ sir ex
hibendo in potu trociscos de spodio cō
strictiuos vt dicit Rasis loco sepe alle
gato. Et vbi modo essꝫ ventris stiptici
tas lenatur venter cum manna aut cas.
aut cū deco. prunorum ⁊ similium: aut fi
at clistere ex brodio pulli aut vitell' ouo
rum cum zu. rub. ⁊ oleo vio. ⁊ tale cliste
re est singularissimum ⁊ ego frequenter
vtor habita intentione ad restauranduꝫ
leniendum infrigidandum ⁊ humectan
dum. Tussis curatur si fuerit sm̄ ꝙ plu
rimum contingit cōplicita cum fluxu vē
tris tunc detur sirupus mirtinus ⁊ tene
at sepe in ore diadragantum lambendo.

¶ De cura ethice senectutis.


Cura huius consistit in dua
bus intentionibus genera
libus quarum prima est cir
ca debitum regimen. secun
da est circa administrationē
medicinarum.
¶ Prima intentio aer debet esse calidus
⁊ humidus. ⁊ quomodo fiat satis dictū
est in capitu. de cura quartane. Cibi sint
cal. ⁊ humidi facilis digestionis velocis
descensionis a stomacho ⁊ facilis pene
trationis ad membra non habentes su
perfluam viscositatem oppillantē ⁊ sint
multi nutrimenti ⁊ isti sint sicut carnes
pulloꝝ ⁊ vitelli ouorum lac humanum
quod ab vbere sugitur aut lac asininuꝫ
lac enim multū ab auctoribus cōmenda
tur quod qō tm̄ debet esse decoctū cuꝫ la
pidibus fluuialibus ignitis. tale em̄ di
cit Auicē. esse vltimi nutrimēti. ⁊ carnes
suprascripte possunt preparari cum ali
quib' specieb' puta cū cinamomo: gar.
⁊ similibus vt iuuetur digestiua mem
brorum naturaliū vt stomachi ⁊ epatis.
vnde cibaria taliter preparata meli' di
geruntur ⁊ tales species laudātur a Ni
colo auctoritate Constantini. Potus sit
vinum debile subtile odoriferum non ni
mis antiquū ne corp' desiccet ⁊ sit pau
ce quantitatis ne nimis grauetur stoma
chus. Motus ⁊ quies. modicus motus
⁊ facilis ⁊ paulatine factus in loco ame
no est conueniēs. Somnus ⁊ vigilia. vi
tet vigiliā precipue superfluam quantū
potest ⁊ adhereat somno quoniā iuuat
humectando: non tamen fit nimis super
fluus. Inanitio ⁊ repletio. abstineat a fa
me ⁊ siti ⁊ ieiunio. sit tamen cibus modi
ce quantitatis ita ꝙ nō sumatur multa
quantitas cibi in vna vice sed partiatur
in multis vicib' ⁊ abstineat a coitu. Ac
cidentia animi. gaudeat ⁊ letetur ⁊ for
te aliqua ira conuenit vt dicit Nicolus
¶ Secunda intentio que est debita ad
ministratio medicinarū in ea conueniūt
medicine que calefaciunt incipiēdo sem
per a debilioribus ⁊ ascendendo ad for
tiores. medicine leues sunt sicut mel aut
mel rosa. fortiores sunt sicut zinziber cō
ditum. ⁊ ad hoc fortiores sunt sicut dia
muscus tiriaca ⁊ mitridatum. Ab extra
vero fiat inunctio ad ventrem cum oleo
masticino aut nardino. De his etiam q̄
per interius sumuntur laudantur, cliste
ria fctā ex decoctiōe capitū ⁊ pedū agni
pmiscēdo fecū ō cāomilla aneto ⁊ siīib'
⁊ decoquendo in dicta decoctiōe: postea

ponẽdo de oleo sisamino aut de amigda
lis dul. qñ dictũ oleum non potest habe-
ri. nam talia clisteria que sunt calida et
humida ⁊ restaurativa laudant̃ a Se-
rap. ⁊ etiã ab Avicen. ⁊ similibus cliste-
ribus ego usus sum in Augustino de bi-
scossis Papie ⁊ liberatus est. Laudãtur
etiã balnea facta cũ camomilla ⁊ simili
bus a Serapione positis ⁊ ego feci ad-
dere in dicto balneo de capitibus ⁊ inte
stinis agni ⁊ inveni multũ iuvare ⁊ mul
tum impinguare. ⁊ sic est finis ethice se-
nectutis.

¶ De cura febris pestilentialis.



Cura febris pestilentialis in
duabus consistit intentioni-
bus generalibus. Quarum
prima est circa debitã admi-
nistrationẽ vi. res. rebus non
naturalibus. Scḋa est circa administra
tionem medicinarũ conferentiũ in cura-
tione eius quãvis parum respiciat illam
iuxta doctrinã Avi. in prin. capl̃i signo
rum feb. huius dicens. Hec feb. est quie-
ta exterius conturbans interius secun-
dum plurimum perdominans.

¶ Prima intẽtio aer debet esse declivis
ad frigi. ⁊ potius ad siccum q̃ ad humi-
dũ ut resistatur putrefactioni aeris ⁊ ei⁹
malignitati. fiat ergo sic. roretur camera
aut locus habitationis ex aceto ⁊ aqua
⁊ precipue ro. ⁊ cũ sandalis ⁊ cũ campho
ra nisi vehemens esset instãtia vigiliarũ
aut multũ timeretur de prostratione ap-
petitus: que dispositio sepe contingit in
patientibus feb. pestilentialẽ in quo ca-
su vitãda tunc esset camphora iuxta pos
sibile qr deicit appetitũ. convenit etiã po
nere in camera de folijs salicũ ⁊ vitium
iuxta modũ positum cũ alijs capl̃is ma-
xime in capitulo de cura tertiane pure. ⁊
ut dicit Nicolus bonũ est qr infirmus
trãsportet̃ de una camera ad aliam odo-
riferã ⁊ postea camera rectificet̃ s̃m mo-
dum dictũ. Cibi debent esse facilis dige-
stionis ꝑpter debilitatẽ virtutis que cõ-
muniter contingit ꝑpter venenositatem
materie: ⁊ ideo debent esse tales ut pos-
sint bene digeri. unde cibi qui cõcedunt̃
in hac egritudine primo incipiendo a pa
ne cũ sit in cõmuni usu magis q̃ alij cibi
⁊ fere in omni egritudine debet esse pa-
nis de bona farina ⁊ bene fermentatus ⁊
in quo tẽpore fermentationis ponat̃ pa-
rum aceti. Fercula sint sicut ptisana or-
dei ⁊ panatella prius bene lavando pa-
nem ter aut bis s̃cḋm modũ dictuꝫ alias
precipue in cura tertiane pure. Item lau
datur fere ab omnibus auctoribus medi
cine lac acetosum a quo est extractũ bu
tirum. Carnes que conceduntur sunt sicut
carnes hedi aut vituli aut vitule lactan
tis. Item carnes pullorum fasianorũ per
dicũ avium parvarũ ⁊ minutarũ: ⁊ debẽt
esse dicte carnes preparate assando ⁊ nõ
elixando: nec debent esse multũ pingues
⁊ unctuose. nam elixa ⁊ unctuosa vitari
debent quãtum possibile est ut dicit Ni
colus ⁊ debent esse preparate cum aceto
seu cum alijs rebus acetosis ut cum agre
sta sicut arantij aut limonũ ⁊ similium ⁊
debent comedi actu frigide. oẽs enim ci
bi ⁊ etiã potus ut dicit Nicolus debent
esse actu frigidi. Olera que conveniunt
sunt sicut blites endivia lactuca portula
ca cicorea ⁊ acetosa precipue. ⁊ ista etiaꝫ
cõveniret preparare cũ rebus dictis ace
tosis. concedunt̃ etiã vitelli ovorum simi
liter preparati cum aceto ⁊ alijs rebus
acetosis dictis ut vult Rasis in divisio
nibus. Fructus qui conceduntur sunt sicut
limones pruna arantia succus citri gra
nata muza aut acetosa pruna mediocri
ter matura. Ista tamẽ debẽt sumi in mo
dica quãtitate ⁊ sepe nisi aliquod accidẽs
impedierit ut dicit Franciscus de pede
montium. Potus sit aqua ordei actu fri
gida ⁊ cũ succis predictis ut granatorũ
⁊ similiũ ut dicit Frãciscus de pedemon
tiũ: et ut dicit sint in quãtitate multa ne
eorũ paucitate inflãment et sitim augeãt
nisi fuerit qḋ prohibeat. Itẽ ut dicit Avi.
convenit acetum mixtũ cũ aqua frigida.
Item aqua frigida multa ⁊ subito bibi
ta in una vice aut in pluribus vicibus il
la eñ ut dicit est iuvativa valde. pauca
aũt frequẽter bibita fortasse nocet ⁊ est qr
excitat caliditateꝫ et non extinguit sicut
facit aqua plurima: tamen ut puto hoc
debet intelligi ꝙ datur aqua in multa
quãtitate ratione medicine non autẽ ra

tione potus permixti cum cibo quoniaȝ talis aqua in multa quãtitate exhibita sua grauitate faceret descendere cibum indigestum. Conceditur etiã vinum granatorum cum aqua veri frigoris a Guilielmo in practica sua. conceditur etiam a Rasi vinum album odoriferum cui sit admixtum quintupluȝ aque frigide dulcis. ⁊ hoc in diuisionibus. Franciscus de pedemontium dicit ꝙ vinum debet esse album acerbum permixtuȝ ſm ꝙ exigit dispositio feb. ⁊ tolerat dispositio stomachi. ⁊ vbi non reperiretur vinum albũ dicit Nicolus ꝙ loco eius posset dari vinum rubeum ponticũ ⁊ odoriferum. Motus ⁊ quies quiescat eger ⁊ nõ moueatur quantũ possibile est ne necessitas attrahendi aerem malũ pestilentialẽ augeatur. Somnus ⁊ vigilia. dicit Nicolus ꝙ debent vitare vigilias ⁊ pro posse dormiãt in loco odorificato nisi accidẽs ꝓfunditatis somni dormitioni cõtradixerit. Franciscus autem de pedemontiuȝ in hoc aliqualiter vr̃ aduersari Nicolo qꝛ dicit ꝙ parum dormiant ⁊ magis vigilent vt caliditas interior ad extrema trahaẽ. Sed pro concordia puto esse dicendũ ꝙ quilibet ꝓcessit cum estimatiua sua habendo cõsideratiõẽ ad virtutem etatem ⁊c. Inanitio ⁊ repletio. vitari debet repletio superflua. vnde Auicẽ. dicit ꝙ cibi multi sunt mali: qꝛ ex eis fit additio materie morbi. debet tñ se abstinere a fame vt vult Guilielmus qui etiã vult ꝙ omni die eger habeat lenitionẽ ventris. sint ergo cibi pauce quãtitatis in vna vice ⁊ cibetur pluribus vicibus in die naturali vt fiat malorum spirituũ regeneratio que est necessaria propter corruptionem festinã quam recipiunt. vñ spiritus non sufficiũt pro sustentatione virtutis. ⁊ ideo vt fiat eorum regeneratio necessarius est cibus in parua quãtitate vt dictũ est ⁊ facilis digestionis. ⁊ cogendus est patiens ⁊ inuitandus ad sumẽdum cibum. nam dicit Aui. ⁊ restaurẽtur ad comedendũ. i. inuitentur ⁊ cogantur. ⁊ postea subiungit. ⁊ plurimi eorum qui viriliter comedunt ⁊ violenter ⁊ si nõ appetunt absoluunẽ ⁊ viuũt. Accidentia animi. caueat a malis ⁊ suspectuosis passionibus animi ⁊ teneatur in spe bona cum gaudio ⁊ letitia ⁊ annunciatione rerum delectabilium ⁊ presentia dilectorum ⁊ etiã illorũ qui liberati sunt a pestilentia.

¶ Cura quantũ ad medicinalia cõsistit in sex intentionibus. quarum prima est alteratio caloris febrilis. scd̃a est cõfortatio membrorũ principaliũ maxime cordis ⁊ spiritus ⁊ eoruȝ depuratio. tertia est euacuatio materie peccantis. quarta est digestio ipsius. quinta est diuersio vaporũ a corde ⁊ pororum apertio. sexta est accidentium correctio.

¶ Prime due intentiones complenẽ dãdo in potu trocíscos de camphora cũ acetositate citri vt dicit Ras. decimo Alman. ⁊ quos trociscos etiã laudat Aui. ⁊ vbi non haberes acetositatẽ citri loco eius capiantur aliqui succi frigidi vt puta granatorum aceto. ⁊ similium. aut vt vult Auicẽ. detur cum aqua ro. Item ad hanc intentionem conuenit zucharũ ro. confectio triasanda. ⁊ ista debent dari a principio vsqꝫ ad finem. nam lȝ nõ conueniant stiptica a principio feb. putride vt vult Auicẽ. in. c. putridarum in generali in feb. tamen pestilentiali gratia exiccationis humiditatis superflue putrefacte aut apte putrefieri ⁊ gratia etiam putrefactionis membrorũ principaliũ ⁊ spirituum cõueniunt dicta stiptica. Idem dicit Nicolus ꝙ iste due prime intentiones nõ sunt postponẽde immo a principio vsqꝫ ad finem impleri debẽt quãtuȝ est possibile. Ab extra vero cõuenit epithima factum ex aqua rosata ⁊ aqua buglose cũ sandalis ⁊ in summa fiat sicut dictuȝ est in aliis capitulis ⁊ precipue in cura causonidis.

¶ Tertia intentio que est euacuatio materie cõpletur cũ euacuatione que debet eẽ eradicatiua nisi debilitas virtutis dissentiret: que vt plurimũ accidit in feb. pestilentiali ꝑpter venenositatẽ materie ex qua virtus debilitatur sed vbi virtus permitteret esse fiendã eradicatiua sicut est in materia furiosa fiat. sufficiat igitur cõsiderata virtutis debilitate eũo minoratiua nõ quidẽ parua sed sufficiẽs aut saltem quo ad bonam partẽ materie eradicet siue talis euacuatio fiat cũ flo. seu cũ

farmacia: ⁊ talis euacuatio debet fieri cū medicina respiciēte materiā propriā: ⁊ nō solū cum medicina leniente qđ satis Aui. dedit intelligere cū dixit. opȝ vt incipiatur in eo ad euacuandum. non dixit leniendum nec digerēduȝ. cōueniens est igitur euacuatio materie ꝓprie a prin. ⁊ non expectata digestione. Unde si materia fuerit sanguinea aut sanguini cōmixta fiat flob. ⁊ primo de basilica dextra deinde de sinistra iuxta doctrinam Auicen. vndecima tertij cap. de curatione egritudinum cordis in generali. nam flobotomia facta primo ex basilica dextra euacuat repletionem existentē circa cor. facta vero ex sinistra euacuat vapores existētes circa cor. debet tamē ante flobotomiam premitti clistere lenitiuū ex regula generali habita ab auctoribus medicine ⁊ precipue ab Auicen. qui vult ꝙ stante necessitate flobo. ⁊ farmacie. s. lenitiue premitti debet farmacia. scilicet lenitiua. ⁊ quia intentione habita ad leniendum clisteria sunt magis dilecta vt Aui. dicit cap. de cura putridarū in generali. ideo clistere lenitiuum primo premittendum est. Si vero materia fuerit alia a sanguine aut a sanguine separata tūc fiat euacuatio cū medicinis respicientibus materiā propriam que medicine tamen sint benedicte vt dicit Nicolus auctoritate Aulzoar. Unde in materia colerica fiat euacuatio cū reubarbaro ⁊ māna. Si vero fuerit materia flegmatica eūes cū agarico precipue qr attrahit materiam a membus spiritualibus. vnde Auicen. in de viribus cordis: cōnumerat agaricum inter medicinas cordiales. Si vero materia fuerit melancolica euacuetur cū sene polipodio epithimo aut mirabolanis indis. Et si materia fuerit adusta euacuetur cū reubarbaro ⁊ fumoterre ⁊ aqua casei. Et si materia fuerit mixta euacuetur cū sensitiuis medicinis ꝑmiscendo eas adinuicem ſm diuersitatem materierū mixtarū postea minorata materia deueniendū est ad aliam intentionem vt infra.

Quarta intētio est digestio materie que remansit post euacuationem minoratiuā ⁊ completur digerēdo digestiua diuersa ſm diuersitatē materie taliter tñ ꝙ quodlibet digestiuum recipiat acetum vt dicit Nicolus ⁊ etiā de alijs medicinis resistētibus putrefactioni de quibus dictū est supra. De digestiuis autem conuenientibus sunt sicut sirup' de acetositate citri ⁊ sirupus acetosus scilicet quem Franciscus de pedemontium ponit pro digestiuo ⁊ quem ego facio administrare fere in omni materia digerendo. postmodum digesta materia restat euacuare residuuȝ eius in totum vel ſm partem vt virtus ꝑmittit ⁊ necessitas exigit.

¶ Quinta intentio est diuersio materie ad exteriora que precipue videtur esse cōueniens vt vult Auicen. quādo patiens deuenit ad hoc vt hipocūdria eius tēdantur ⁊ extrema infrigidentur ⁊ prolongātur vigilie ⁊ sit permixtio mentis ⁊ videmus pectus ⁊ quod est supra ipsum eleuari: tunc aūt dicit necesse est administrare regimen trahens caliditatem ad exteriora cum fricationib' ⁊ calefactionibus ⁊ similibus vt diuertantur vapores qui retinētur in mēbus spiritualibus ⁊ alijs mēbris interioribus causantibus predicta accidentia.

¶ Sexta intētio est correctio accidentiū que rᵗ p̄s in cōiunguntur cū febre pestilentiali. ⁊ ista sunt sicut vermes propter fugam eorum a materia venenosa ⁊ ꝓpter eorum generationem ex materia putrefacta ⁊ corrupta. Item prostratio appetitus ꝓpter malas materias ⁊ corruptas in stomacho existentes. Item sincopis ꝓpter destructioneȝ ⁊ corruptionē spirituū a materia venenosa. Si igitur fuerint vermes fiat clistere ex decoctione sebesten. Itē detur decoctio de cornu cerui adusto qđ est multū vsuale precipue apud me. Item conuenit sorbire aliqđ aceti tēpore somni ex sententia Aui. caplo de signis vermium. Si fuerit prostratio appetitus fiat sicut dictuȝ est in cura febris flegmatice. Si fuerit sincopis fiat sicut dictum est in ca. de cura febris sincopalis. ⁊ sic est finis.

¶ De cura variolarum. ⁊ morbillorum.


Ura variolarum ⁊ morbillo
rum qui morbilli apud Aui.
dicuntur variole colerice cō
sistit in duabus intentioni-
bus generalibus. quarū pri
ma est circa debitam administrationem
in sex rebus non naturalibus. secūda est
circa medicinalia.
¶ Prima intentio in principio ⁊ ante ap
paritionem earum aer debet esse tempe-
ratus aut ad frigiditatem declivis ubi
inquietudo aut inflammatio esset vehe-
mens. cum autem apparere inceperint ⁊
similiter in processu eorū custodiend' est
patiens ab aere frigido ⁊ ingeniandum
est ut stet coopertus cum pānis precipue
coloris rubei maxime de scarlata. naʒ in
eis est proprietas extēdendi materias ca
lidas ad exteriora cuʒ frequenter aspiciā
tur. non sit tamē coopertura talis ꝙ gra
vet infirmū aut ipsum debilitet. sed illud
quod de aere calido dicit̄ cōvenire post
apparitioneʒ earū debet intelligi nisi pa
tienti acciderit tremor ⁊ sincopis ⁊ cum
magna inflammatione caloris febrilis:
quia tunc ponendus esset patiens in aere
frigido ut cor eius temperetur. Cibi sunt
diversificandi s̄m diversitatem temporū
morbi. nam in principio ante apparitio-
nem earum cōveniunt sicut lentes excor-
ticate ⁊ decocte cum aceto ptisana ordei
amilum lactuce cum aceto aut cum agre
sta portulace cucurbite. ⁊ in dicto tempo
re vitentur carnes ⁊ vitelli ovorum sorbi
lium donec feb. omnino mitiget̄ ut vult
Rasis vigesimo continentis: nisi ut dicit
Nicolus casus virtutis exigeret: quo ca
su tunc conceduntur sed preparentur cuʒ
agresta aut similibus acetosis. Potus
in dicto tempore scilicet principij ante ea
rum apparitionē sit sicut aqua ordei aut
iulep violatum aut rosa. ⁊ in summa con
veniunt cibi ⁊ potus dicti in cura feb. pe
stilentialis. tamē ante cibos dictos con-
venit preponere aliquos cibos lenientes
ut spinachia ⁊ similia ut exbibendo sicut
cas. ⁊ mannam ⁊ similia ut puta infusio-
nem prunorum. nam ut dicit Aui. oportet
ut in principio natura sit lenis. est enim
eius lenitio iuvativa valde sicut constri-
ctio est nociva valde ad hanc intentionē
scilicet lenitionem ventris. Ultra predi-
ctas medicinas singularissime valent ta
marindi qui multū ab auct. commēdati
sunt in hac cura in intentione evacuatio
nis ⁊ lenitionis vētris. ⁊ ꝑcipue ab Aui.
quia cum hoc ꝙ sunt lenitivi sunt etiam
extinctivi caloris ⁊ ebullitiōis materie
sedativi. post etiam earū apparitionem ⁊
in tempore declinationis feb. conveniūt
cibi temperati aut ad aliquam calidita-
tem declinantes: unde tunc conveniunt
carnes avium laudabilium ut pullorum
⁊ pullarum ⁊ similium. laudantur etiaʒ
tunc vitelli ovorum sorbilium Et potus
conveniens per tunc sit vinum album po
tius ꝗ̄ rubeum ut vult Nicolus quāvis
Frā. de pedemontiū videatur laudare ru
beum ego autem utor albo ⁊ adhereo in
hoc opinioni Nicoli quoniaʒ est magis
aperitivū ⁊ ceteris paribus minus cali-
dum: ⁊ sit permixtum cum aqua calida
cocta. vinum tamen ante earum appari-
tionem non debet dari si patiens potest
ab eo excusari ꝙ si non in dicto tempore
scʒ principij ante earum apparitionē sit
rubeum ⁊ stipticuʒ ut dicit Nicolus. post
etiā apparitionem dictorum morbilloruʒ
⁊ variolarum vitandi sunt cibi ⁊ potus
leniti. nam ut voluit Rasis. xx. cōtinētis
post eorum exitum nullo modo exbiben
dum est aliquid mollitivum: quia sepe in
fine morbi accidit fluxus ventris ut testā
tur aucto. medicine precipue Rasis loco
allegato ⁊ frequenter apud me visum est
in experientia. Motus ⁊ quies. motus tē
peratus ⁊ in aere temperato factus ⁊ ubi
non flant venti in principio morbi ⁊ simi
liter in declinatione convenit. ⁊ similiter
fricatio sub coopertura pannorum facta
quia poros aperit ⁊ vapores excludit ⁊
materiam ad exituʒ preparat ut dicit Ni
colus. Somnus ⁊ vigilia. somnus sit tē-
peratus ante apparitionē earū. sed quan
do incipiunt apparere minuat̄ somnus
propter causam notam ⁊ augeatur vigi
lia. Inanitio et repletio. vitetur repletio
superflua tam cibi ꝗ̄ potus et vitet̄ coi-
tus. Accidentia animi. vitetur sollicitu-
do, tristitia ira furor: licet forte aliqualis
ira parva post earum apparitionem non
esset illaudabilis: studeat tamē pro post

se gaudere.
¶ Quantum ad medicinalia cura consi
stit in quattuor intentionibus generali-
bus quarũ prima est ad cãz siue materiã
morbi. secunda est ad morbum. tertia est
ad accidentia applicata. quarta est custo
dia quorundam membrorum a nocumẽ
to eorum.
¶ Prima intentio que est ad causaz siue
materiam stat in tribus intentionib' qua
rum prima est ad equationem siue ad di
gestionẽ materie. secunda est ad euacua-
tionem eius. tertia est ad diuersionẽ ma
terie ad exteriora.
¶ Prima intentio prime intentionis ge
neralis que est digestio materie diuersifi
cari debet ꝫm diuersitatem temporũ mor
bi quãtum .s. ad principium eius .s. ante
apparitionem variolarum vel morbillo
ruz: ⁊ quantum ad temporis processuz ⁊
apparitionẽ earũ. nam ante apparitionẽ
earuz siru. digestiuus qui conuenit debz
esse ingrossatiuus materie facientis mor
bũ ⁊ prohibitiuus ebullitionis materie
vnde in casu isto sanguine existente subti
li ⁊ colerico vel in quo dominaẽ colera ⁊
proprie in morbillis ⁊ non existente ma-
teria furosa que possit expectare digestio
nẽ fiat digestio cũ infrigidãtib' et inspis
santibus sanguinem. in quo casu conce-
dit Auicenna. sirupum de dactilis ima
turis qui siru. apõ nos nõ reperitur. et iõ
vt puto loco eius potest exbiberi sirup.
de iuiubis aut de succo aceto. aut de ace
tositate citri. et isti duo sunt multũ vsua
les apud modernos practicos. potest ẽt
dari sicut sirupus de ribes aut sirupus
rosa. aut sirupus de granatis acetosis ⁊
cũz aquis conuenientib' vt portulace la
ctuce et similium. Si vero sanguis fuerit
grossus et etiam precipue ante tempus
apparitionis eorũ. in quo casu Francisc'
de pedemontium cõcedit decoctionẽ feni
culi et anisi. credo ꝙ loco istius decoctio
nis conueniret sirupus de bisantijs quo
ego cõmuniter vtor in casu isto ⁊ sine ace
to propter timorem fluxus ventris et ex
couationis intestinorum. Aque que pos
sunt permisceri cũ dicto sirupo sunt sicut
aqua endiuie feniculi et similium.

diuersificando eas in caliditate maiori
aut minori ꝫm diuersitatem corporis in
cõplexione eorũ. ⁊ scdm diuersitatem ma
terie in minori grossitie: ⁊ scdm diuersuz
gradum caloris febrilis. ⁊ in casu isto. s.
post apparitionem earum ⁊ eorum ⁊c. si-
militer in principio apparitionis eorum
⁊ earum laudatur ab Auicenna inter ce
teras medicinas vna decoctio q̃ est mul
tum in vsu apud practicos modernos ⁊
precipue apud me ⁊ que est secũda ab eo
posita ⁊ que vt dicit expellit caliditatez
a partibus cordis ⁊ prohibet pulsuz cor
dis ⁊ hoc facit expellendo materias ad
exteriora. hec tamen exhibitio prouocan
tium ⁊ aperientiuz debet fieri post flobo
tomiam si flobotomia expedit idest con-
sentiat particularia de flobotomia filda
vt virtus etas ⁊c. opz etiam precessisse le-
nitionem ventris vt dicit Rasis loco al
legato. debent etiam hec prouocatiua di
uersificari ꝫm intensionez ⁊ remissionem
feb. vt satis dictũ est. ⁊ scdz diuersam dis
põnem pororũ corporis in apparitione ⁊
constrictione eorum ⁊ ꝫz diuersitatez ma
terie in subtilitate ⁊ grossitie eius vt di-
cit Nicolus.
¶ Secunda intentio est euo que quãtũ
ad opus ⁊ intentionem medici debet esse
prima: qꝛ cum materia sit sanguinea aut
sanguini cõmixta ⁊ vt presupponiẽ apta
ꝑ flobotomiã euacuari: ideo ab ea incipi
endũ est nisi natura per se euacuet per na
res aut hemoroidas aut menstrua ⁊ stã-
tibus conditionibus requisitis ⁊ consen
tien. ad eam vt virtus etas ⁊c. ⁊ vbi non
posset fieri flobotomia ponanẽ sanguisu
ge ꝓprie in natibus spatulis ⁊ dorso vel
ponanẽ vẽtose sup spatulas cum scarifi-
catione. ⁊ hoc est magis vsuale ⁊ securi'.
Spatiũ vo tẽporis adqḋ possum' ꝑueẽire
ad faciendũ flobotomiã nõ põt punctua
liter assignari. nã Aui. dicit ꝙ spatiũ flo
botomie est vsqꝫ ad quartũ diem tñ ali-
quando fit in scdo die aut tertio aut pri
mo: iõ medic' dꝫ esse sollicit' ad floboto-
mandũ añ eoꝝ apparitionẽ qꝛ post eoꝝ ap
paritionẽ nõ ẽ flo. necessaria. Et eã Aui.
⁊ rasis ꝑ tũc prohibent nisi vehemẽs fu-
rit repletio et dominium materie super

fluentis. dicit Aui. tunc enim flobotoma
tur q̄titate q̄ exiccet. i. educat illud super
fluum ita ꝙ quare videtur velle ꝙ nō fi
at flobotomia magna ⁊ que flobotomia
videtur conuenire respectu cause antece-
dentis solum ⁊ non respectu cause con-
iuncte qui traberetur ad interiora: ⁊ il-
lud dicitur de flobotomia. sciꝫ. ꝙ stante
repletione conuenit flobotomia non ob
stante tempore apparitionis earum ⁊ re
spectu materie antecedētis. ideꝫ puto eē
dicendum de euacuatione cum farmaco
solutiuo respiciente materiam propriam
s. colericam ꝑmixtā cum san. ⁊ que ꝑ flo.
ꝑfecte euacuari non poterit. talis eūacua
cuatio debet fieri cū facilitate puta cum
manna tamarindis ⁊ similibus prout cō
cedunt auctores medicine. ⁊ ego multo-
tiēs deuenio ad exbibitionē. reu. in infu.
⁊ hoc fuit in magistro Carolo de caruis
ſſe phisici ducis orliēſis ⁊ a paucis dieb⁹
citra dedi in substantia filie parue Joan
nis de bilcossis ⁊ sic aliter operatus suꝫ
in alijs. Iter ceteras tñ medicinas laudā
tur tamarindi ꝑdicti quia cum solutione
sua sunt sedatiui acuitatis materie coleri
ce destructiui. ⁊ licet Rasis. x. al. di-
cat ꝙ summopere cauendum est post ap
paritionem variolarum ⁊ morbillorum
non detur aliud quod ventrem soluat.
hoc vt alia dixi debet intelligi nisi mate
ria sit superflua sicut de flo. dictum est. ⁊
sic etiam dicit Nicolus. vel alr̄ vt puto
posset respōderi ꝙ Rasis loquitur de so
lutiuo forti euacuando materiam exol-
uendo ⁊ hoc ꝑpter timorem fluxus qui
communiter accidit in ista egritudine vt
dictū est sꝫ cū medicinis leuibus non cō
uenit facere eūationē siue morbus fuerit
in principio siue in ꝓcessu post apparitio
nem variolarū ⁊ morbillorū ⁊ precipue
cū tamarindis. nam in pri. cōpetit talis
eūo cum medicinis leuib⁹ ⁊ lenitiuis ad
educenduꝫ mās feculentas intestinales
⁊ ad mollificādū venas primas. i. meserai
cas. ⁊ in ꝓcessu ad educēdū mās que re-
manserunt ⁊ non potuerūt ꝑfecte eūari ꝑ
flo. vt statim dictū est. nō existēte vero ma
teria suꝑflua nullo mō cōpetit eūo cū me
dicinis fortib⁹ nec ēt leuib⁹ in ꝓcessu post
earū apparitionem ita ꝙ ēt protūc cessā
dū est ab oī euacuatione. ita ꝙ ēt a cliste

rijs vt dicit Nicolus q: talia eūantia di
uertūt materiā ad cōtrariū. ⁊ hoc puto
esse intelligendū nisi ventri stipticitas cō
iungeref qđ rarissime accidit: immo vt
plurimū cōiungif fluxus ven. quapropter
ter in dicto tēpore. s. apparitionis earum
abstinēdū est ab inunctionibus ⁊ empla
stris vt dicit Aui. Et similiter intelligē-
dū est de oppillationib⁹ vt volūt auc. me
dicine ⁊ ꝑcipue Auic. ⁊ hic modus cura
tionis obseruatur precipue apud practi-
cos modernos.

¶ Tertia intētio siue vltima prime inten
tiōis generalis que est diuersio materie
ad exteriora completur per administra-
tionem rerum calidarū. s. aeris cali. aut
saltem ad cal. decliuis ⁊ cum inspectio-
ne rerū ru. ⁊ cum medicinis ꝓuocantib⁹
de quibus supra dictum est maxime cum
d. facta ab Auicen. que est descriptio se-
cunda de qua facta est mētio in digestio
ne materie. Ad hāc intentionē valent
ventose cum scarificatione quas vidi ali
qñ ꝯferre multū maxime in domino An
tonio de barachijs. ⁊ Aui. laudat odora
re crocum sꝫ hoc nō est in vsu. ⁊ in hoc tē
pore appitionis variolarū ⁊ morbillorū
ꝓhibendus est patiēs ab oī re repellente
materiam ad interiora ⁊ oppillāte: ⁊ iō
Aui. ꝓtūc ꝓhibet dictorū administratio
neꝫ que qñqꝫ fit in feb. maxime acuta vt
puta ad dorsū cū oleo vio. maxīe i pueris
vt dictū fuit de mēte Gen. super cap˚ de
cura putridaꝝ in generali: ꝓpter quam
cām in tpe appitionis coꝝ ꝓhibeo semꝑ
administrationē epitimatum suꝑ mēbra
principalia que communiter in febribus
administrari solent. nō in administratio
ne ꝑdictarū medicinaꝝ est timor de subi
ta cōstrictione anhelit⁹ ⁊ de malo fluxu
vētris ⁊ de mictu sanguinis vt vult Aui.
⁊ similiter Rasis. xviij. continētis.

¶ Secūda intentio principalis q̄ est ad
morbū. s. ad variolas post complemētuꝫ
apparitionis earum in casu isto quinqꝫ
sunt habēde intentiones quibus parum
aut nihil fere eget morbilli. Quaꝝ ꝑma
ē maturatio earum. Secūda post earum
maturationē apertio earuꝫ. Tertia post
apertionem earum exiccatio si fuerint
magne: quia si fuerint parue necessaria
non est talis exiccatio. Quarta est vt sub

neniatur vlceri succedenti. Quinta et vltima est curatio vestigiorum earum et concauitatis earum.

¶ Prima intentio que est maturatio cum pertranseunt septimam diem vt vult Aui. et in nona die non complete maturantur oportet quod artificialiter prouideatur quod fit faciendo decoctionem caricarum passularum enucleatarum dactilorum pinguium et cum dicta decoctione fomentando eas. est et alia decoctio scilicet maluarum altee fenugreci feminis lini et similium: aut vt voluit Ras. xviij. conti. suffumigetur facies in locis variolarum cum aqua cal. in qua de cocta sit camomilla. et ego alias feci fieri istam. d. in qua infundebantur petie lini et superponebantur locis variolarum nam vltra iuuamentum maturationis sequebatur iuuamentum sedationis doloris earum.

¶ Secunda intentio que est eruptio earum post maturationem vbi a natura non rumpantur tunc vult Aui. quod hoc fiat artificialiter vt cum acubus aureis pungendo in duobus aut tribus locis et auferatur ab eis humiditas fluens cum coto et leuiter ipsum applicando sine violentia et compressione. aut loco puncture dictarum acuum incidantur forpicibus vt quidam faciunt remouendo modicum de pelle earum ne remaneat in eis materia putrida sed tota ab eis effluat absque expressione: et hoc frequenter vidi facere et talis eruptio solum habet fieri in magnis quia parue solum indigent exiccatione materierum post earum apertionem cum remanentia multe humiditates et sordities etiam exiccatione indigent.

¶ Tertia intentio que est exiccatio earum fieri pot multis modis primo cum aqua salis in qua est virtus croci vt dicit Aui cen. Item cum aq. d. tamarisci lentium et ros. in qua aqua infunditur cotum ponatur super eas. hoc enim maturat et exiccat vt dicit Auic. et eas cadere facit cum velocitate. talis enim exiccatio vbi fuerit variole magne non debet fieri ante maturationem sup. et apertionem quia tunc vehementer augeret dolorem vt vult Ras. loco allegato. scilicet xviij. conti. Item ad hanc intentionem exiccationis suffumigatio facta ex tamarisco est iuuatiua valde vt dicit Aui. Item si fiat cum oliuarum folijs desiccat eas vt dicit Rasis loco preallegato. Alius modus exiccationis vt vult Auic. fit per dormitionem patientis super farinam croci milijsa be et ordei. et melius vt ista ponantur implendo culcitram que sit rara ex predictis rebus vt penetret eorum virtus. et quando querimus exiccationem prestunc vitandum est oleum quia est malum vt dicit Aui. quia prohibet exiccationem. verumtamen facta conuenienti exiccatione vbi cortex variolarum esset fedus quam remansisset desuper in modum escare inunctio multotiens facta cum oleo communi tepido cum modico croci videtur esse conueniens. et hoc remedium ponitur a Rasi. x. Alman. et ego pluries feci hoc administrare et vidi conferre et sedare dolorem: et debent prohiberi patientes ne scalpent se ne remaneant vestigia rupta et concauitates vt dicit Nicolus que si remanserint remoueantur secundum modum statim dicendum.

¶ Quarta intentio. s. vlceris curatio fit cum vnguento facto ex cerusa et albumine oui et oleo ros. aut cum vnguento de cerusa et litargirio vt dicit Aui.

¶ Quinta intentio. s. vestigiorum et concauitatum curatio. ad vestigia remouenda conuenit aqua sublimationis pedum vitulorum radicum serpentarie et florum fabarum cum aqua rosata aut aqua limonum aut citrangulorum: etiam conuenit vt dicit Nicolus et multa alia sunt ab auctoribus medicine posita precipue ab Auicen. et a Franc. de pedemontium tam simplicia quam composita de quibus esset prolixum narrare. Ad concauitates eorum remouendas dicit Fran. de pedemontium quod si remanserint non replebuntur quia vlcerauerunt interiora. s. cutem et mirach: que cum sint de radicantibus membris. s. spermaticis non restaurantur. Nicolus tamen ponit regimen dicens quod adiuuat regimen impinguantium et inunctio facta ex carne testudinum marinarum ad vstarum et subtiliter tritarum et mixtarum cum oleo.

¶ Tertia intentio generalis quam est circa correctionem accidentium coniunctorum cum variolis et morbillis et licet plures sint quam predicti coniungi de quibus esset prolixum narrare tamen tangentur solum ista quam vt plurimum euenire solent et de

quibus cura magis est adbibenda. que accidentia sunt sicut inflammatio caloris febrilis. sincopis fluxus ventris punctio in plantis pedum aut in palmis manuum. Si igitur fuerit inflammatio ita quod non obstante dimissione rerum calefacientium tam intus quam extra tempore apperitionis earum et ista inflammatio non minoratur immo potius augetur postquam feb. cessauit sed iterum redit sicut prius in quo casu tunc redeundum est ad flo. scilicet basilice aut vene cõis aut saphenarum. Si fuerit retentio hemoroidarum aut menstruorum et ad administrationem infrigidantium sunt sicut dictum est supra et inter cetera siru. vio. est vertis in casu isto. Si fuerit fluxus ventris dentur trocisci de spodio cum seminibus acetose et de similibus vt dicit Rasis in diuisionibus. Si fuerit sincopis curetur sicut dictum fuit in cura febris sincopal. Si fuerit punctio plante pedum aut palme manuum ponantur dicta membra assidue in aqua calida, vt dicit Nicolus et ego vidi multum conferre.

¶ Quarta intentio generalis est quorundam membrorum custodia ne ledantur aut si aliqua ex eis fuerint lesa eorum lesio remoueatur que sunt sicut oculi sicut sepe accidit ne scilicet incurrant obtalmiam aut aliquod vestigium malum in oculis propter quod frequenter visum fuit aliquos amisisse visum. Est etiam custodiendus eger ne incurrat squinantiam aut vlcus in meri aut aliquam aliam malam egritudinem in dictis membris. etiam nares quandoque vlcerantur. Item pulmo et membra pectoris ne patiens suffocetur aut ptisim incurrat vel aliquam aliam malam egritudinem. Si igitur timeamus de lesione oculorum omissis multis aliis medicinis ab auctoribus medicine positis precipue ab Auicen. conuenit administrare aquam ro. in qua sit infusum sumach. hoc enim remedium a multis auctori. medicine est maxime laudatum precipue a Rasi et ab Aui. et ego vtor aliquando hoc medicamine et sepe vtor aqua ro. siue sumach et facio ponere de zucharo candido nec vsque nunc sum vsus alio medicamine ad istam intentionem et facio distillare ad intra oculos cum coto infuso in dicto medicamine et postea ponendo liquorem ad intra oculum aut cum penna de plumis. Ad guttur fiat gargarisma cum diamoron et aqua ro. et hoc est in vsu. aut cum succo granatorum: et hoc est etiam vsuale et medicamen satis delectabile de quo cõiter vtuntur principes. Et vbi in gutture esset dolor aut excoriatio eger non gargarizet sed vt dicit Nicolus potius paulatim sugat de dicto medicamine. vnde Auicen. dicit quod quando patiens conqueritur de dolore quod tunc lambat de rebus eorum scilicet aliud post aliud ad nares ne vlcerentur. Auicen. laudat vt extra fiat epithima super nasum quod sit factum ex aqua decoctionis rosa. sandal. al. et rub. etiam conuenit de dicta decoc. ad intra nares ponere. Item odorare acetum solum et est multum iuuamentum vt dicit Aui. et vbi nares essent vlcerate conuenit cerotum factum ex oleo vio. diadaganto et cera vt dicit Rasis. xix. continentis. Pro pectore et pro pulmone ne ledantur laudatur loch factum ex lentibus quod non est in vsu: sed loco eius conuenit diadraganthum vt ponit Nicolus et quo ego sepe vtor. Et sic est finis de cura febrium ad laudem Dei et gloriose virginis Marie. Amen.

FINIS.

¶ Celeberrimi tempestate sua Cesaris Landulphi: cuius doctrina in florẽti Ticinensi achademia iamdiu refulsit: de curis febrium opusculum.

¶ Cura tertiane pure.



No cura recte fienda in tertiana pura primo scꝫ ponet regimen sex rerũ nõ naturalium. secundo ponet regimen medicinaliũ facientiũ ad eandẽ curã.

¶ Incipiendo primo ab aere qui debet esse fri. laudatur vt camera sit locus terraneus ꝛ nõ posita ad intra duos solarios. In mane aer expellatur qui sit tempore noctis inclusus cũ flabellis ꝛ pannis. ꝛ si fenestre respiciant versus septemtrionem vel versus orientem aer tunc est purior prout est sententia Auicenne secunda primi capitulo de causis aeris. camera aspergatur sepenumero cum aqua frigida aceto ꝛ aqua rosa. camera sit mũdata a superfluitatibus. sternantur folia salicum ꝛ vitis ꝛ nenufaris ꝛ rosarum. sed non teneatur in camera in qua manet infirmus cathedra in qua egeritur. aut si tenetur non remoueatur fetor cum herbis calidis. Cibi sint frigidi ꝛ humidi vt lactuca portulaca borago endiuia buglosa acetosa. panis sit isusus i aqua frigida ꝛ exprimatur bis aut ter. Conuenit ptisana ordeacea iuxta sententiam Hipocratis laudatur superomne genus ferculi. Si potest abstineat a carnibus: ꝛ si non potest eligantur carnes facilis digestionis vt carnes pullorum aut vitulorum ponendo in ventre pullorum semina frigi. aut lactucam agrestã: ligentur omnia in petia aliqua. Carnes vituli alteri cum succis frigidis. In declinatione conueniunt vitelli ouorum prius in aqua infusi ꝛ decoquãtur in aqua ꝛ aceto. Pisces petrosi prius elixati ꝛ postea assentur ꝛ superaspergantur cum succo arangiorum vel limonum. Potus sit vinum albũ pauciferũ ꝛ nõ vinosuꝫ versus declinationẽ misceat cũ aqua cocta simplici. In principio aut statu bibãt aquã ordei ꝛ aquã zuchari que nõ solũ extinguit sitim sed etiã abstergit. si nõ vellet cõtentari solo potu aque detur de vino albo aut cisolo. ꝛ si iste hꝫ stomachũ forteꝫ ita ꝙ non percepit acetosationem det cũ aqua ordei. Si autẽ acetosetur detur cũ aqua cocta simplici. Somnus extra paroxysmũ conuenit qꝛ infrigidat ꝛ humectat. multe vigilie cauẽde sunt. tempore paroxysmi nõ dormiãt. in declinatione cõuenit. sed in corporibus multe sensibilitatis apud statũ cõuenit ꝑut est sententia Aui. c. de cura putridarũ in generali. dormiat super matarario aut super lecto sub quo sint pelles aut lintheamina duplicata. Motus laboriosus nõ conuenit qꝛ inflãmat. quies magis conuenit. vtantur dieta tenui ꝛ nõ se repleant ꝑut Hippo. scdo affo. Corpora nõ pura ꝛc. nõ tñ famẽ tollerare dñt detẽ vnus bolus lactuce vel aliquid sile. Accñtia animi. caueãt ab ira furore ꝛ rixa. gaudiũ sit tẽperatũ habitet cũ personis sibi gratisꝛ paucis.

¶ Quantum ad medicinalia in principio inspiciatẽ vrina si fuerit ignea citrina ꝛ subtilis. Sed si fuerit satis grossa cum rubedine clara ꝯsentiente virtute ꝛ alijs flobotometur ex vena cephalica. Sed si sentiret magnam inflammationem in hipocundrio dextro conuenientior flobotomesset ex basilica lenitiuo prius precedente vt. Re. decoctionis maluarum matrum violarum lib. ſ. cassie nouiter extracte. ℥. ſ. olei viola. ℥. iij. pul. zuchari. ℥. se. salis communis. ʒ. ij. sequenti die post flobotomiã detur lenitiuum per superius vt. Re. cassie nouiter extracte. ʒ. vj. tamarindorum si infirmus non habeat stomachum debilem. ʒ. iij. cum zucharo fiat bolus. Si timeremus debilitatẽ stomachi damus. ʒ. x. cassie. Si in forma potabili. Re. cas. ʒ. x. dissoluatur cum decoctione communi cui addatur paruꝫ sirupi violati. Transeundũ est postmodum ad digestiua nõ neglectis clisteribꝰ vt. Re sirupi acetosi. s. ℥. ſ. sirupi de endi. ℥. se. aquaꝝ lupulorũ en. ꝛ bug. añ. ℥. ſ. misce. Endiuia hꝫ ꝓprietatẽ cũ epate. lupulus

mundificat sanguinē. bug. cum corde. & ideo in omnibus sirupis administranda est buglosa. Alij sirupi sunt sirupus violatus sirupus de oxizachara. Et si timeremus excoriationē intestinorū cū acetoso admiscemus sirupū violatum. Et si infirm⁹ habet debilitatē stomachi aut egritudines pectoris: daremus loco sirupi acetosi sirupum de endi. post sirupū acetosuȝ danda est aqua ordei. post sirupos apparenti signo digestionis danda est medicina solutiua vt diafenicon diapru. solutiuū. electuariū de succo ro. electuarium rosatū Mesue diamāna: cuius descriptionem ponit Mesue & in vsu nō habetur. etiā de psillio qđ etiā nō est in vsu. diafe. nō solū euacuat colerā sed flegma. & licet tertiana sit pura dandū est tñ qr non euacuat a remotis quia per indigestionē multiplicatur in stomacho & in meseraicis flegma. Compositio. ℞. diapru. non. s. ℥. ß. diafeni. ʒ. ij. electuarij ro. Mesue. ℥. j. ß. misce. & cum decoctione cōmuni fiat potio. cui addātur sirupi vio. ℥. j. qr ista solutiua inflāmant. Sed si sit diues. ℞. reubarbari. ʒ. iij. spice par infundantur in aquis endi. & bug. an. quantū sufficit. cui addat manne. ℥. j. assumatur in hora frigidiori diei & post sex ho. assumat. ℥. ij. aque ordei cum zucharo & post horā detur prandiū leue. Sequenti die. ℞. sirupi violati. ℥. j. ß. ex infusione rosarum siccarū. Si intendimus maiorem cōfortationē & precipue quādo euacuatio fuisset multa: facta euacuatione fiat intentio remotionis male cōplexionis vt. ℞. diarodon abbatis aut descriptione cōmuni aut cōfectio triasan. ʒ. j. per horas tres ante cibum cum aquis endiuie & cicoree. Epithima. ℞. aque endiuie. ℥. viij. aque rosate. ℥. ij. aceti. ℥. j. triasandaliū spodij subtiliter incisorū an. ʒ. ß. infundantur panni aliqualiter calefacti in manu & applicāda sunt per horas duas ante cibum tempore febris versus declinationem. ℞. diabuglosati diaboraginati an. ℥. j. cū tribus folliculis auri fiat mixtura q̄ administret cū aqua buglose.
¶ Pro prouocatione somni. ℞. foliorū salicum vitis lactuce an. M. j. flo. aneti. M. ß. aneti flores a proprietate prauocant somnū. capitū papaueris albi grosso modo combustorū numero septem. & post cibū per horā cū dimidia recipiat infirmus fumū eleuatum. Si ista nō sufficiunt detur. ℥. j. se. sirupi de papauere cū aqua simplici. aut fiant vnctiones cū vnguento populeon aut oleo neufarino.
Pro extinctione sitis colluatur os cum aqua frigida aut teneat in ore de damascenis.

¶ Cura tertiane continue.



Cura hec complet cū intentionibus iam dictis in cura tertiane interpollate pure & cū eisdē medicinalibus: sed fortiores sunt iste intentiōes in cōtinua q̄ in interpollata. Primo est fortior intentio ad infrigidandū: qr in ea est maior flāma & incendiū maius: & ideo oȝ aerē esse frigidiorē habitādo in camera frigidiori in qua sternant multa folia frigida vt salicis & vitis & nenufaris & aspersio aque cuȝ multa aqua frigida & cū notabili quātitate aque rosate infundendo etiā lintheamina in aqua frigida que appendant ad parietes camere & sepe cū flabellis renouet aer aperiēdo fenestras & hostium in ortu solis vt nouus aer frigidus ingrediat. Cibi sint frigidiores & similiter potus &c. ideo conuenit maior quātitas lactuce portulace cucurbite cū aceto vel agresta. Conuenientior erit ex bibitio magne quantitatis potus aque frigide & magis debemus studere ad subtiliationē diete propter morbum esse acutiorē. & omnino dimittatur vinum: qđ si concedat sit valde pauce quātitatis temperatum cū multa aqua recenti non cocta si fuerit boni fontis: quoniā aqua p decoctionē remittit in sua virtuali frigiditate. sed vbi dubitamus de nimia eius mora in stomacho; quia aqua frigida plus figitur & cocta citius labitur: tunc temperetur vinum cum aqua cocta que actualiter sit frigida. Carnes dimittantur si possibile est. & si dentur sint multū alterate ad frigidum cum agresta succo limonum non salsorum vel aranciorum aut vino granatoruȝ faciendo gelatinas

ꝛ alia cibaria cū rebus frigidis. Fortior
bullire mirabolanū chebulū aut indum. multi vero absq; mirabolanis immittūt folliculos sene. alij vero magis expedite procedunt et sic ordināt farmacū. Re. sirupi de fumoterre mellis rosati colati añ ℥.s. aquarū lupulorū buglose et endi. añ. ℥.s. mis. deinde administret hoc solutiuū. Re. mirabolanorū indorū chebulorū hermodactilorum añ. ʒ.s. florum boraginis et buglose añ. M.s. bulliant in septem vncijs aque lupulorū. vel si aliqua affuerit febricula endiuie et cicoree et facta condecenti decoctione. Re. agarici electi. ʒ.s. salis gemme ℈.s. boni ponderis et infundatur condecenti tempore in. ℥.ij. predicte decoctionis. preterea fiat expressio cui adjdatur dia. ʒ.iiij. Diasi. ʒ.iij. mellis rosa. colati. ʒ.s. et misceantur simul cum predicta decoctione. Poterimus vti electuario bamech et alijs quibuscunq; flegmatis grossi aut nigre colere eductiuis. Similiter et vti poterimus hac purgatione potione gal. nam accipiant mirabolani indi chebuli absynthium flores violarum turbith carthamus fumusterre fructus sebesten capilli veneris que ola bulliant in. ℥.viij. aque longa decoctione et lento igne vsq; ad cōsumptionē duarū tertiarū deinde addat diagredij. ʒ.s. Dosis eius est. ʒ.iij. cū aqua calida cōsideratis oībus que circa egrotantē cōsiderari debēt: admonētes q; ista dentur in maiori aut minori dosi: similiter ista aut alia s; q; bonus medicus iudicauerit ne incidam in illud qd. 9. terapē. scriptū est v; vt oēs vna forma velim' calciari. Aduertēdū tñ est q; hāc euonem d; flo. pcedere etate et virtute cōsentiētibus. In magnis nāq; egritudinibus siue psentibus siue incipiētibus vel expectatis semper expectanda est flo. vt in lib. de flo. dixit. gal. et ppterea scdo ad glaucone pcepit flo. in hac egritudine et alijs de caussis quas hic enumerare nō est locus. Et vbi iudicatū fuerit materiā in aliqualē adustionē tēdere optima esset ex sinistro latere vt in qrtanis pcepit gal. et quanto copiosior tanto melior cōsideratis in flo. examinādis. Istis aūt factis euonibus applicāda sunt illa que dolorē auferāt talia añ sunt in multiplici dria. nam aut mitigāt apparenter sensus hebetādo q stupefactiua dicunt a qbus fugiendū esse optime docuit. xij. ter. nisi in vrgētis necessitatis casu. Et tunc accedendū est ad illa quorū paslim exercuit gal. x. decē tractatuū. Et i alijs locis quedam mitigant vere et horum quedam per abscissionem cāe immediate siue per seqlā vt verbo vtar gal. talia aūt interdū sunt calefactiua interdū infrigidatiua. Et l; horū aliqua tacta sint supra vbi posuimus medicinas euacuatiuas: tñ vltra illas inueni mirabiles pillulas a gal. cōpositas quas l; ipse mirabiles appellet: ego vero mirabiliores inueni et sunt. Re. mirabolanorū kebulorū indorum corticum cucumeris asinini vel loco ei' electuarij zinziberis interioris colloquintide salis indi hermodactilorū hierepigre satirionis añ. partes eq̄les. serapini ad duplū vnius pdictorum et nō oīm: pistenf pistāda subtilr et redigant in formā aut massam p pilī cū aq̄ endi. et aliquātulo mell. rof. et fiāt pillule admodū ciceris: vsus quarum sit de tertio ad tertiū sm virtutē patiētis Ego vero aliqñ tres: aliqñ duas: aliqñ vnā exhibebā. Quedā vero pprie tollūt dolorē p solā. s. resolutionē vaporū et superfluitatū cōcurrentiū ad dolorosum locū. hmōi aūt sunt tēperate vt ita dixerim caliditatis vel velis dicere in gradu pmo et subtilis substātie vt. v. de sim. medicina ga. dicit et iō dicunt resolutiua et rarefactiua subtiliatiua maturatiua et faciāt pcedere oē qd coarctatū est et retētū in dolorolo mēbro: vt ibidē late gal. Alia sunt camo. oleū anetinū euiscus. cassia aūt fistula multū v; in mitigādo dolores exterius applicata et seruatis suis cōditionibus. oleū antiquū maximi inueni iuuamēti ppter suā citā penetrationē et resolonē nō cōrecēti magis sit mitigatiuū doloris vt. 6. de ingenio et. 6. de sim. medi. scriptū est. Itē farina puri frumenti et multa alia: qr vsus eorum poterit esse vel ex eorum oleis vel faciēdo epim siue cerotū ex his immiscēdo aliqd de noua cera cū aliquātulo cinamomo. Itē appositio bone tiriace ad loca dolorosa vt. 4. tera. scribit Et siquis hēt echiglas qs marsi ppli marasos dicūt: et sale ipso illiniret dolorosa mēbra, Sitr. et viperatū vinū bibitū ex cō

Hoc de curatione

in prima pte assignata calus rei fecimus experientiam. Nā tūc tpis adhortante gregorio spoletino in ga.ogibus dilligētissimo ex vtraqꝫ lingua optime babita accepimus e patauinis mōtibus mara sos mortuos deinde in vino quod postea tribus exbibuimus τ vidimus notabile iuuamentū. Sūt tñ multi q̄ volentes citius euadere in bac egritudine vtunt in frascripta vnctione ꝑ quinqꝫ dies coope rientes se in lecto quo ad plurimum sudant vtentes tñ supradscripta dieta. Re. rasine pini turis masticis tartari albi litargiri auri argēti viui olei laurini olei vulpini olei abietis cuscute succi pomorum arancioꝝ ana.ʒ.ij.assungie porcine colate.ʒ.vj.rediganẗ ola simul miscēdo in formam vnguenti. Ab bac tamen vnctione caueāt q̄ sunt debilis cōplexionis τ potius sopbistica inueniẗ ꝙ vera.nā vidi fere oēs recidiuasse vt prius. Sꝫ si q̄s boc pati pōt curaẗ postea ꝑdictis pillulis cū bona dieta credo ꝓdesse multū factis prius euacuationibus.

¶ Ulterius ne quid deficiat sucurrēdum cēseo ne macule quedaꝫ rubee remaneāt in illis locis vnde pustule abscessere. Ad boc inueni vnguentū vel velis dicere lutū qḋ fit ex finissimo cristallo τ bene postea trito:deinde accipiaẗ fructus cuiusdam spēi pentafilonis quos frālas dicimus τ rediganẗ in aquam que permisceatur cum ꝑdicto ꝑparato cristal loquouſ ꝙ accipiāt formam luti τ inūganẗ ex eo loca maculata.dixi aūt calcinatū cristal luꝫ ne fiat error:qꝛ aliter eueniret. Ultra bec expertus sum ad boc mirabilē aquā que non solum delet buiusmodi maculas sed quasdam aſs turpiores adbuc quam medici dicūt aquam metallorum omnium.sed quia modꝰ faciēdi eaꝫ a multis medicis diligentissime notatus est;idcirco supra illam amplius non me extendam sꝫ potius aura benigna in trāqllo portu nauicula nostra firmetur.



Habes reuerēdissime dñe lucubratiūculas meas morsibus viri litigatoruꝫ meaqꝫ sēnia obnoxias auribꝰ non antiq̄s sꝫ nr̄i tpis elocutionē expectātibus blādientes:q̄ tñ ꝑinde erūt τ quāqꝫ fortasse apud aliquos tāqꝫ bospites τ a cōi sñia aliena videbunẗ accipiēda. Sꝫ vt q̄ antiquos legerint nr̄e opinioni nō aduersanẗ:sic qsi bas tue clemētie vigilias dedicaui tribue bis quantū voles. voles aūt quantum licebit. nibil enim nisi illa dignū abste desideramus. Uale. τc.

¶ Questio de febre sanguinis ad mentē gal. prestantissi. Sebastiani aquile.



Ntiq̄ τ difficilis dubitatio est de putrescēte sanguine vtrum ex ipso cum proptiuꝫ decorem perdiderit τ in putredinem venerit: sanguinea febris fiat: sicut ex alijs bumoribus putrescentibꝰ proprie febres generāẗ. Antiqua quideꝫ nam si vellemus eam altius repetere inueniemus a Democriti temporibus incepisse vt ex gal. dictis secundo de virtutibus naturalibus elici potest. Est etiā difficilis quidē ex diuersitate virorūm illustrium.colligitur diuersimode sententia in bac materia. boc enim semper arguit difficultatem in reyt primo capitulo colligitur. Ad qḋ manifestanduꝫ primo adducenẗ auctoritates τ rationes volentium sanguinem facere genus febrium bumoralium. Secundo eorum qui partem contrariam τ veꝛam magis sectanẗ. Tertio ad argumenta prime partis respondebo.

¶ Pro primo exequēdo est Joannitiꝰ in sermone de febribus q̄ sic bꝫ de ipa. Secundi generis modus primus est qui fit de putredine sanguinis cōburentis vtrāqꝫ partem interiorē τ exteriorem vt est sinocbus. Halyabas ī tertio practice ca. 16. de medicinis cōtinuarū febriū sic refert. Continue feb. ab bumorū putredine q̄ sunt intra vasa τ venas fiūt vt in prima buiꝰ nr̄i libri pte ostēdimus. Et qsi qui amplior ē in venis bumor: sanguis ē fit vt q̄ continua est fe. amplius sanguinea sit qnare dicitur sinocbꝰ. Auenzoar autem tractatu primo tertij libri de febre sanguinea loquēs sic inquit. Et possibile est ꝙ supradicta ephimera conuertatur ad febreꝫ sanguinis cuius tres sūt

neremus ꝙ iste putrefieret tunc ex affini
tate quã hꝫ cũ flegmate: hoc enim ex mo
dica decoctione transit in sanguinẽ. ꝑio
dus sanguinis magis assimilabit̃ perio
do flegmatis ꝙ̃ colere. Ex quo conclu
dit non recte dici sang. ꝑiodicare ꝑiodo
colere: lꝫ ꝛ aliã dederit ad hoc rõem. pri
ori tñ magis enitit̃. Et cũ illa sit viri ex
cellentissimi qꝛ tñ repugnat olim verita
tum post hippocratẽ magistro ꝛ qꝛ fal
sa est in se: ideo fas erit cõtra ipsum ali
qualiter instare. Nã esto ꝙ illi cõcederẽt
ꝙ flegma naturaliter dispositũ maiorẽ
affinitatẽ habeat cum sang. naturalr̃ ꝙ̃
sang. naturalr̃ dispositus cuꝫ colerã: ex
hoc tñ nõ sequit̃ ꝙ flegma nãliter dispo
situ maiorẽ cõuenientiã hẽat cũ sanguine
preternaturalr̃ disposito á calido extra
neo ꝙ̃ cõsimilis sang. cũ ipsa colera. In
hoc eñ consistit fundamentũ Gal. ꝛ sta
tim põt reflecti argumentum ꝯ ipsm sic.
Sanguis ꝑ vlteriorẽ decoctionẽ qualis
est febrilis vicinior est colere ꝙ̃ flegmati
igit̃ verisimilius est ꝑiodicare ꝑiodo co
lere ꝙ̃ flegmatis. antecedẽs ptꝫ vnicuiqꝫ
intelligẽti dicta Gal. ij. virtutũ nãlium
vbi determiat de mõ gñationis humorũ
Dicit. n. ꝙ res ꝯsiũcꝫ dulces per vlte
riorem decoctionẽ fiunt amare: vt pꝫ de
melle. ergo san. per vlteriorẽ decoctionẽ
nõ trãsibit in flegma sed hũ in colerã. ꝛ
isto mõ non magis vicinat̃ flegmati ꝙ̃
colere. Q̃õ autẽ per vlteriorem decoctio
nem nõ trãseat in flegma patet similiter
ex Gale. scdo naturaliũ virtutũ cap. vlti
mo. vbi assignãs rõem quare natura nõ
fecerit flegmati receptaculũ sicut colere
ꝛ melancolice: inquit qꝛ ipsum humidũ
ꝛ frigidũ est: ꝛ veluti semidigestuꝫ aliqõ
nutrimentũ. indiget. n. nõ euacuari hoc
tale sed in corꝑe manens alterari. sang.
vero est complete digestus vt liquet igit̃
per vlteriorẽ decoctionẽ nõ transibit in
flegma. sed si trãsiret istud esset ꝑ infrigi
dationẽ. Preterea si qs quereret a Tru
siano quo medio probaretur flegma ma
gis appropinquare sanguini ꝙ̃ sanguis
colere. non dicit aduersarius ꝙ magis
appropinquat digestũ digesto ꝙ̃ semidi
gestũ digesto. immo dicit quis ꝙ vbi ca

lor naturalis aliqualiter intenderetur
non taliter ꝙ traheret hominẽ extra la
titudinẽ sanitatis: tunc ex subtilissimis
partibus sanguinis generarentur par
tes colere. Et isto modo diceret aduersa
rius maiorẽ posse esse distantiã inter fleg
ma ꝛ sanguineꝫ ꝙ̃ inter partes subtiles
sanguinis ꝛ coleram. Q̃õ aũt maior pos
sit esse distantia deducit̃ ex tribus suppo
sitis primo ꝛ secundo tegni: vꝫ ꝙ natu
ra non tollerat repentinas mutationes
sed ꝙ actiones nature paulatim fiũt or
dine quodã. ꝛ hoc Trusianus nõ negat.
Secũdo ꝙ preternaturalr̃ aliquid pos
sit breuissimo tempore ꝛ quasi subito im
mutari patet. xij. terapẽ. vbi habetur. Si
vero repente ꝛ simi multũ nõ solũ curatio
nes sed ꝛ adiectiones aliquando curat
egritudo: itaqꝫ demũ consistet. Tertio ꝙ
non ad quãcunqꝫ caliditatẽ preternatu
ralem existentem sequatur febris: sed ad
istam que in tantã immoderatam venit
vt contristet hominẽ ꝛ actionibus noce
at. viij. terapẽtice. Et est sententia princi
pis q̃ ponit remedia ad egritudines cali
das cordis distinctas ab egritudinibus
febris. Et septimo de ingenio curatiuo
manifeste ex istis arguitur sic. transitus
flegmatis in sanguinẽ de quo ibi loqui
tur Trusianus est naturalis. igitur hoc
fiet paulatine ꝛ nõ repente per primum
suppositũ. sed transitus sanguinis in co
leram de quo est presens sermo est preter
naturã: qꝛ ab agente preternaturaliter
agente. igit̃ hoc põt fieri repente ꝑ scdm
suppositũ. igitur citius poterat sanguis
in colerã transire ꝙ̃ flegma in sanguinẽ.
Itẽ potentius est agẽs trãsmutãs sang.
in colerã ꝙ̃ trãsmutãs flegma in sangui
nem: qꝛ hic naturalis calor tãtũ. vbi ꝟo
calor naturalis fact᷒ igneus. ignis autẽ
inter cetera elemẽta est maxime actiuita
tis hoc enim requiritur ad esse febris ex
tertio presupposito. Resistẽtia autẽ par
tiũ flegmatis est maior ꝙ̃ resistentia par
tium sanguinis in tali cõuersione: quia
quecunqꝫ partes flegmatis comparan
tur proportionabiliter ad partes san
guinis minus resistunt ꝙ̃ sanguinis ꝙ̃
que flegmatis. igitur citius partes san

guinis conuertentur in colerã q̄ flegma tis in sanguinẽ qd̄ erat intentum. Prete rea Trusianus fundatur super mala cō sequentia. nã hec consequentia non vꝫ. flegma est vicinius sanguini q̄ colera. igitur potius peryodicabit peryodo fleg matis q̄ colere. sed oportuit ipsuꝫ sic ar guere. sanguis citius transit in flegma q̄ in coleram. igitur ⁊c. sed antecedẽs ne garetur vbi concederemus cōsequentiã. Et licet visus sim aliqualiter a proposi to exiuisse tñ Galie. doctrina ad hoc me impulit. Gentilis post hos licet voluerit Aui. cū Gal. concordare adhesit tñ ma gis Auicē. q̄ galie. immo appellat gal. ambiguum cū. 4. terapentice ad princi pium noluerit sanguinẽ facere febrē pu tridam sicut patet in exemplo de seruo ⁊ in multis alijs locis hoc negauit. Verū autem hoc sit verum videmus in opinio nis declaratione ipsius gal. Ultimū ꝟo de modernioribus fuit Ioan. arculan⁹ veronensis qui vltra rōnes adductas fa cit rōnem vnã contra gal. q̄ efficacē di cit. Nitiẽ nanq̄ īprobare istã propositio nem sanguis dū putrefit est colera: quia sanguis cū putrefit: aut est aut nō est. nō datur scōm qꝛ sequiẽ cōtradictio. Seq̄ tur ergo sanguis putrefit q̄si nō est sang. putrefit. ⁊ nō est. Ex alia pte sequiẽ san. putrefit igiẽ est. cū putrefactio sit passio mixti. Si vero dr̄ p̄mū. igiẽ putrefit q̄si est sang. igiẽ putrefit q̄si nō est colera. ali ter sequereẽ q̄ simul esset sang. ⁊ colera Alia possent adduci argumẽta in proli xitatē: sꝫ satis sunt ista viroꝝ excellẽtiū. ¶ Restat mō scōm propositorum exequi vbi declarabitur opinio gal. cū suis ve rissimis fundamẽtis. Pro cuius opinio nis declaratione prio notādū q̄ totum fundamentū gal. q̄re san. putrescēs nō facit propriã febris speciē cōsistit in hoc vꝫ in mō generationis humoꝝ vt tangit scōo de crisi. Et scōo de virtutibus na turalibus vbi redarguẽs opinionẽ Era sistrati sequentis in parte fantasias De mocriti: voluit generationeꝫ humorum quattuor fieri a calore naturali agente in materiã clarificatã excernente ex tali materia in epate diuersos humores. cui⁹ oppositū voluit Erasistratus calorē na turalem nō excernere hos humores sed in rebus q̄ comedūtur ⁊ bibuntur extrot sum existere. Glitis nāq̄ absq̄ hoc q̄ in eã fieret actio a naturali calore in se ipsa continet coleram. ⁊ dicebat q̄ secure vti poteramus que non multã colerã conti nebant. que vero multã: cause erunt di uersarum passionū: exemplum dabat de corporib⁹ ictericoꝝ. Hec opinio fortasse potuit ponere febrē ex putredine sangui nis. sed qꝛ ista positio est manifeste falsa ⁊ a gal. ibi sufficientissime redarguitur: ideo pr̄s negociū non expedit hic illam tractare. gal. autē qui oēm rem in medi cina exactissime tradidit ex snīa Hippo. Aristo. ⁊ Pythagore noluit q̄ alterato cibo in stomacho venis ⁊ epate a calore naturali q̄ ip̄summet calidū innatū sꝫ di uersum modū agēdi in materiã sā dictã generet quattuor humores diuersos. nã dum ipsum moderate ageret sanguinẽ dicebat gn̄ari. si vero immoderate alios humores a sanguine. Sed quia ista posi tio est qꝛ talis inequalitas poterat esse versus diminutã decoctionē ⁊ versus ni miã coctionē: primo mō flegma generaẽ qꝛ est humor semidecoctus vt supra dice batur. scōo mō colera ⁊ tandē melanco lia. Ex quibus sequitur prio q̄ sicut ad generationē sanguinis requiritur cōmo derat⁹ calor innat⁹: ita ad sang. genitū necessariū est habere rōnem cōmensura ti ⁊ mediū inter alios humores. Ex quo deduciẽ q̄ supfluente alio calore innato cū illo vt supflue agat nō generabiẽ pro prie sang. neq̄ diu cōseruabiẽ iaꝫ genit⁹ sang. ⁊ hoc si secum fuerit coniuncta ali qua mordicatiua proprietas ⁊ putrefa ctiua rōne cuius superetur virtus regi tiua nostri corporis. Scōo notanduꝫ vt bene tetigit Concilia. differentia. 79. ex premissis sequiẽ ex quo sang. propin quior est ⁊ magis conueniens nãe nostri corporis ceteris alijs hūorib⁹ vt scribiẽ in fine de elemẽtis ⁊ tertio de sim. medi. ⁊ quinta pti affo. a gal. ⁊ iō tanq̄ de ed ens nature filius non poterit tantam la titudinem putrefactionis sustinere sicut ⁊ alij humores de quibus pauca aut nō tãta solertia hr̄ cū multum a medio rece dant. cito enim corrigiẽ san, a natura si

potens fuerit: deinde q multu extraneat. Ex quo sequit q non tato gradu putrefiet sanguis remanens sub propria forma quanto putrefient alij humores. Ex quibus omnibus sequit q quis sang. possit esse subiectu3 putrefactionis tamen nunq poterit in tm putrefieri vt ipso remanente sub forma sanguinis possit feb. putredinalis generari merito ppe putrefactionis s3 bene ratione partiu subtiliu conuersaru in cole. et grossaru in mlam. Quod sic deducitur primo auctoritate Gale. scdo de crisi cap. xij. vbi h3 cum san. incipit putrefieri nõ remanet verus sed declinat ad coleram. Tuc sic. igit si magnu gradu putrefactionis susciperet multo min9 remanebit ver9. Scdo na. viij. tera. vt supra tactu est caliditas febrilis et supabundans: incomoderata et diffusa p vniuersu3 corp9. Scdo de morbo et accidet et in come. primo regiminis acutoru: est declinatio caliditatis innate ad caliditate ignea. Et in li. de creticis. q est calor naturalis extraneatus factus igneus sed tanta adustio fieri non pot a parua ebulitione putrida: q sic efferuesceret calor naturalis et ta modica ebullitione iam illu humore sic breuiter putrefactu natura expelleret et non permitteret vniuersum corpus inflamari. igit per declarata superius cu sang. requirat moderata et equale caliditate sta te magno incedio erut aduste partes san. subtiles et in colera conuerse. hoc enim intendebamus.

¶ Sed cotra hec omnia posset quis arguere ex fundamento Gal. ix. terapen. capitulo. iiij. vbi Gal. loquit de sinocha si ue putredine. exemplificat em de iuuene palestrita et libero qui hmoi febre ex sanguine sine putredine patiebat. Ille febricitabat ex sanguine. igit ibi erat immoderata caliditas: et iam non fiebat conuersio in coleram sed semper remanebat verus sanguis licet inflamatus igitur et c.

¶ Ut ad hoc pateat responsio notandum q in sanguine considerauit suarum partiu diuersitate3 vt supra dictu est. Alique nanq sunt partes valde subtiles. alique tenues et grosse. alique molles et superflui fice quodamo. queda vniformes. in hoc enim vniformi vera sanguinis ro reserua-tur. Et quare homo sanguineus denominat. ab alijs vero san. colericus fleumaticus aut melacolicus denominat vt scribit. Ex. de sim. medi. Possemus aut signare latitudine taliu san. eo modo quo de omnib9 corporib9 primo tegni significata est. hoc aut leue esset ordinare. io relinquit. Et queadmodu est dictu de sanguinea ita et suo mo dicendu est de ceteris: ex quo sequit vltra teperata complione et simplicem sexdecim dari complones copositas q tande in quattuor principales reducunt. Ex his statim soluit argumentu. na in sebre synocha ex sanguine sine putrefactione hn adurit san. et cotinuo declinat versus extremu sanguinis colerici ex quo illi no admiscet putrefactiua qualitas vt supra quo multu inimicat virtuti nre regitiue. Et si quis instaret de extremo. i. de sanguine in extremo latitudinis imaginate adducedo sic argumetu. Ad hoc dicetur in responsione ad argumenta ex parte ex quo no admiscet mala qualitas putrefactiua: io no opus est fieri tale conuersionem vel dt et melius q cu incipit facere febre subtilissime ptes couerse sunt in colera et fit sinocha ex colera sine putrefactione. Et si diceret vbi ect sanguis flegmaticus et incipet putrefieri tuc pus transiret in illu sanguine q in colera quare stabit putrida ex sanguine. Dicit q sicut no est opus exempli gra sanu vt multu si d3 egrotare q currat p residuu latitudinis sanitatis s3 statim pot cadere in latitudine neutralitatis vt nuc per puncta tm pportionalr correspondetia pucti ad ltra latitudine sanitatis. ita et de tali sanguine est et maxime cu ia 9cessu3 sit ex sententia gal. nisi q sanguis no generet nisi ex caliditate equali: quato magis ille q h3 ronem sanguinis vera sed de hoc satis.

¶ Supest nuc ad tertiu ppositorum accedere v3 ad inducta rndere: et vt clarius hec ma sit examinata adduca priusrsiones aliorum vt rectu in hoc loco possit fieri iudiciu. Conciliator vir diligentissimus in omnib9 dictis antiquorum et maxime gal. in differentia preallegata imaginat9 est sanguine in duplici loco posse putrefieri sc3 intra venas et extra vt in bubone herisipilla. Et colligitur hoc a gale. ij. de

differentijs febriū. sed quia sanguis ex
tra venas manens duplicem habet cām
putrefactionis: ⁊ qꝛ extra suum locū na
turalē manet: ⁊ qꝛ caret sua debita euen
tatione. hinc est ꝙ maiorē gradū putrefa
ctionis suscipiet ⁊ citius transibit in co
lerā. In venis aūt qꝛ in suo loco manet
naturali si nō multam putrefactionē ac
cipiet: poterit facere febrē sanguinis ex
putrefactione ipsa: per tres per quattuor
⁊ per plures dies: remanente tñ sub for
ma sanguinis antequā in coleram tran
seat. Ex quo pꝫ concordia inter Gal. ⁊
Aui. qꝛ extra venas non datur febris ex
sanguine sed intra venas nihil prohibet
lꝫ iste vir multum afficiatᷣ Gal. tamē sal
ua reuerentia tanti viri non videt̄ pcessis
se ex fundamento Gal. immo cum dictis
Auer. quarto colliget voluit ponere cō
cordiā inter vtrūqꝫ. Dictum nanqꝫ est su
pra rationem Gal. esse vniuersalē ad om
nē sanguinem vbicunqꝫ existat. nam in se
cundo de crisi. c. 12. dicit tantuꝫ tria esse
genera febrium putridarū: ⁊ reddens ra
tioneꝫ sic inquit. Constat igitur propter
hoc ꝙ genera febris singlis omnia sunt
tria propterea qꝛ febris que prouenit ex
sanguine quando putrefit pportionatur
ad coleram: cū sanguis quando putrefit
declinet ad coleram. Et illud tibi mani
festum erit cum considerabis in sermone
meo de rebus naturalibus. ⁊ cū constet
apud te qd iam vere ostendimus ꝙ san
guis nō generet̄ nisi ex caliditate equa
li. ⁊ colera nō generat̄ nisi cuꝫ caliditas
superfluat in re plusqꝫ oporteat. Quis igit̄
bene dispositus diceret hanc rationē nō
esse vniuersalem. Nam querat̄ a Conci
liatore cum sanguis putrefit ad intra ve
nas nonne tunc dicitur caliditas maior
qꝫ conueniat. certum est ꝙ sic nam aliter
non esset febris. Preterea Gal. secundo
de crisi capitulo. 9. vbi loquitur de febri
bus cōpositis sine apostemate sic inquit
Iam ergo cōuenit tibi vt scias ex libris
in quibus narraui esse febris. ꝙ omnia
genera febrium ex humoribus sunt tria
notata mihi. ⁊ illud est quia quedā sunt
que ex colera ⁊ est vt plurimum qui acci
dit de febre: quedā ex melancolia: ⁊ que
dam ex flegmate. Ecce quomodo Gal. lo
quit̄ dic de generibus febrium sine apo
stemate ⁊ tantū dicit illa esse tria qd ma
gis explicat in fine illius capituli vbi sic
scribitur. Et forme quidem febrium que
fiunt ex putredine aliquorū humorū abs
qꝫ egritudine in loco membroꝝ corporis
sunt tres. Nonne patet manifeste cū hic
loqui de febribus non ex apostemate. si
ipsemet hoc explicat quare oportet ma
nifeste non sm Gal. cum fuisse locutum
sed Auer. imaginatione. Post hunc Gē
tilis nititur cōcordare Gal. cum Aui. ex
diuerso modo considerandi. s. naturalis
phi ⁊ medici ⁊ concedit ꝙ gal. pro bre
uissimo aliquo tempore nō negasset esse
in sanguine putredinem facientem febrē
pro quanto nulla est facta conuersio vn
ctuositatis sanguinis ad coleram. Sed
quia istud tempus est adeo breue qd vix
a medico percipi potest: ideo gal. tāquaꝫ
medicus aspernatur hoc tempus ⁊ dixit
nō dari febrē sanguinis: ex quo medicus
debet per sensibilia procedere. Dicitqꝫ vl
terius Auic. magis phice qꝫ medice pro
cessisse. Ex his igitur pꝫ cōcordia ad om
nes: licet ab ipso plura dicta sint super
prima quarti. Hec tamen est sententia ex
quo deducitur ꝙ sm gentilem gal. medi
ce processit. Auicen. autēꝫ phice. Sed cū
questio sit in medicina igitur sm medicū
tria erunt genera febriuꝫ. Preterea licet
gentilis dicta sint apparentia, non sunt
tamen sm gal. sententiam tam ex his ⁊c.
qꝫ ex quibusdam alijs positis secūdo de
crisi. nam si daretur pro aliquo tempore
febris ex sanguine ad minus duraret per
vnam inuasionem: ideo galenus nō fuis
set incognitus probatur cōsequentia. nā
in secundo de crisi dat regulas cognoscē
di febres in prima accessione. ⁊ in hoc
mirabiliter deridet Thessalum qui expe
ctabat tertium diem ⁊ assimilauit illum
pectinantibus lanam. igitur si galenus
in prima accessione non cognouisset ⁊ ip
se collocandus esset inter pectinantes la
nam. Preterea si diceretur ꝙ illud tem
pus est ita breue ꝙ medicus aspernatur
illud: quare igitur tradidit doctrinam
cognoscendi febrem in prima accessione.
Vlterius concedit gentilis pro illo tem
pore facere febrem. igitur cum calor febri

lis sit igneus et stet sufficiens applicatio igitur in illo tempore erunt aduste alique partes vnctuose sanguinis ex sententia Gal. igitur in illo tempore erunt sufficientes dispositiones pro forma colere. Sed ex quarto capitulo agens quantum dat de forma tantum dat de consequentibus formam. igitur in illo habebit modū pe riodicandi colere et alia multa accidētia posita secundo de cri. et scdo de differentijs febriū. quare patet hanc rōnē nō esse ex principijs Gal.

¶ Uenissem ad tertium propositum complendum nisi superioribus diebus vidissem questionem in hac materia cuiusdam dignissimi viri et operibus Gal. multum assueti ita et non immerito magnum iam adeptus sit nomen. Habeat et ipse nouā in hac re fantasiam. vult enim preter fere omnium opiniones Gal. voluisse dari febrem ex sanguine que vere sanguinea sit: et hoc sine ad litra siue ad extra venas moueturque sola gal aucto. 2. de differentijs febrium capitulo nono. et eius verba fuerunt superius posita oui vt ostendat veram sententiā magis affirmat. Ad ea autem que secundo de crisi adducebant respōdetur quod Gal ex his verbis nō plus voluit nisi quod talis f. b. sanguinis nō diu durat quin transeat in feb. colericam: lz illud tēpus sit a medico perceptibile. et aliquo modo cōcedit cum Gentili. Sz quia sanctum est prebonorare veritatem primo ethicorum: pace sua dixerim multum elongatur a mente gal. vt in responsione gen. satis sufficienter puto dictum est. Adducentur tamen breuiter alie rōnes quod talis febris quā dixit breui tpe durare: aut durabit per aliquod sensibile tēps: aut non Si secundū dicatur igitur vanum est sm gal. dari hmōi febres cum maxime ipse inter alios preposuerit sensum in medicina. Immo pmo elemētorū mordet Atbaneum qui loquendo de elementis transcendebat sensum. Si detur primum. s. quod duret per aliquod sensibile tēpus ponat quod duret ad minus per vnam diem: quo concesso sequitur quod a pari non debuisset gal. nisi duo genera febrium principalia ponere. s. humoralem et ethicam: quod ephimera quam ponit. ix. terapen. in prima p te latitudinis non durat nisi per vnam diem et tamen tria ponit genera febrium principalia. Igitur quis febris ex sanguine nō duret nisi per diem propter hoc nō negasset quartum genus febrium humoralium qd expresse negat locis allegatis: et rōnem reddit vt supradictū est. Esto enim quod parum duraret propterea nō dubitasset negare genus per se hmōi feb. naz alique sunt egritudines que forte minus durant: et tamē facit de illis gal. mētionem specialem. hoc nāque in de interioribus loquens de passionibus cordis hz quod si vulnera cordis nō peruenerunt vsque ad concauitatem cordis lz in substantia cordis fiant: pnt per illam diem viuere et per noctē qua hoc passi sunt Nō debuisset gal. de his mentionem facere quia breuissimo tempore durant. Item minus vr quod debeat fieri mentio eoꝝ que raro tpe accidunt quam de illis que frequentissime: lz parū durent: dūmodo illud sit sensibile. Sed quarto interiorum facit mentionem de squinantia accidente ex passione pris motum spondilium: quam raro dicit euenire et ponit per se speciem igitur a fortiori et de tali spē feb. patent omnia cōsideranti. Preterea queratur quare scdo de differentijs febrium sm ipsum memoriaz faciat ponēdo ibi signa propria: cum tn ibi nō debuerit neque de ea questionem mouere neque signa ponere: cū ipsa parū duret: et de hoc medicus non considerat. pronuntur. n. signa egritudinis vt possimus in appropriata remedia deduci. et maxime sm gal. qui voluit omne negocium medici esse practicū. et patet quod non poterit debite respondere. Diceret fortasse ad illud qd ego superius obijciebam de ephimera: instantiam nullius esse valoris: quod ephimera nō trāsit ita cito in putridā necessariū est ipaz sic trāsire. Sz de sanguinis mutatiōe ē aliter dicēdū. Ad hoc dico quod nihil est: quod accipiatur quod scribitur ad principiū primi de differētijs febriū ex intentione Hippo. vz rōne subiecti accipit tria genera febriū. hoc est spēs humoris et membri. deinde accipiat qd scribitur ad pncipiū noni terapētice. vbi ponit mediū inter ephimeram verā et putredinalem. Et arguatur sic. si ephimera

vera durabit plusq̃ ꝑ diem transibit de
necessitate aut in putridam: aut in illud
mediū.igitur nō debuit ponere Gal.ali
qd genus rōne speciei. Preterea ad hoc
principale sic dicētes iudicio meo viden
tur implicare cōtradictionē. Concedunt
nāq; sanguinē periodicare periodo cole
re dum putrefit:ꝛ tamen facere ꝓpriā fe
brem. Nam queratur ab eis vñ prouenit
ſm Gal.talis paroxysmorū circuitio tot
vel tot diebus terminata:cū hoc inuene
rint nō dubito:immo certissimum habeo
ꝙ statim mutabunt propositū.Et si dica
tur ꝙ huius rei causam assignauit Gal.
secundo de dīis febriū circa finem :tunc
minus in hac re credam illis:q̄r ibi poni
tur causa redituū paroxysmorū tantum.
sed ꝙ colera de tertio ad tertium ꝛ mlīa
de quarto in quartum minime ibi decla
ratum est si bene considerentur eius ver
ba. Item ostenditur ꝙ isti nō loquuntur
ad Gal.mentem. Nam stante ista ratiōe
nō oportuisset eum ponere nouē comple
xiones ſm genus sicut fecit secundo com
plexionum:cum quelibet simplicium pa
rum duret quin de necessitate associet si
bi aliam:vt ipsemet dicit ad principium
sexti sanatiuorum.Et propter hoc nega
uit expresse simplices cōplexiones:sed he
ne licet parum durent non propter hoc
negauit nouē genera gal. Ad autoritatē
quam adducit non est difficile responde
re. Nec obstat in aliquo nobis ꝓ q̃ est no
tatum sicut superius dictum est aliquali
ter ꝙ cum primum incipit sanguis putre
fieri statim incipiunt multe subtilissime
partes in coleram conuerti ꝛ declinare:
sed quanto magis procedit supercoctio
tanto plures ꝛ plures partes vnctuosita
tis sang.conuertuntur in coleram quous
q; residuum.s.totum vnctuosum ꝛ subti
lissimum conuersum sit.grossum vero tūc
erit in medio termino constitutū.i. gros
sum adhuc non est conuersum in melan
coliam sed est in via . Secundo notatur
ꝙ talis feb.q̃ ꝓcedit ex putredine sang.
vt supra pōt quātum ad presens spectat
compleri ad duo. Primo ad alias feb q̃
ex proprijs humoribus proueniunt volo
dicere ad eam que est colera absq; hoc ꝙ
sanguis cōuertatur in eā: ꝛ ad eā que ex
mlīa. Scdo ad seipsam in principio ꝛ in

termino.s.postq̃ facta fuerit cōuersio to
tius vnctuosi:primo febris q̃ fit per hmōi
cōuersionē respectu feb.colerice genite ex
ꝓpria materia dr̄ esse lenis caliditatis ad
tactum ꝛ similiter videt̄ minus tristans.
qd rōne pꝫ.nā cum talis feb. ꝓueniat ex
illis vnctuosis partibus iam cōuersis in
colerā quibus admiscentur vapores ele
uati ex putredine sanguinis de se nō sunt
sufficientes facere febrem : sed ꝑtes illas
subtiles cōuersas in colerā reddūt mitio
res ꝛ non tante mordacitatis sicut in fe
bre ex propria massa colerica. Nondum
enim partes ille tantū habent de siccita
te ꝓpter humiditatē sanguinis sicut co
lera non ex cōuersione q̃uis sit tanta vt
sufficiēs sit pro colerica febre: hinc est ꝙ
talis febris dicit̄ mitior. Preterea colera
ebullit fere ſm totam profunditatē in fe
bre colerica.ꝛ dato ꝙ ſm subtiles nō ta
men habet talem humectationē sicut in
colerica ex sanguine:quo fit vt mordacio
res vapores ꝛ minus resolubiles eleuen
tur a massa colerica: q̄ꝛ mordacior erit
calor in tali colerica q̃ in illa que ex san
guine conuerso. Si vero scdo mō fieret cō
paratio dicere debemꝰ ꝙ mitior est in ip̄a
in principio q̃ in termino. Nam cōtinue
partes magis ꝛ magis exiccantur. Sic
citas enim acuties est caloris vt in libro
de generatione scriptum est. Ex quibus
postea sequitur ꝙ talem feb . esse magis
malam aut minus malam cognosci hꝫ a
malignitate humorum in quos conuerti
tur sanguis:seruatis his que pauloante
dicebamꝰ. Hec igitur expressit Gal. scdo
de differentijs febrium loco allegato. vbi
ipsi maxime fundātur: que vt melius po
tero iterū repetam verba Gal. Nam post
q̃ gal.probauit sanguinē posse putresce
re sicut secundo principali dictum est pro
sequitur:facientes autem in eam que in
ipso est febrem simpliciorem esse que his
q̃ in alijs humoribus sunt.hoc declara
tum est ſm primum modum comparatio
nis.Et ne aliquis crederet eam aliud ge
nus febriū statim subiungit. Analogiaꝫ
vero paroxysmorum in tertiana maxime
periodo suscipere ita videt̄ ꝛ in pleureti
cis fieri cū expuerint. Deinde vt ostende
ret modū cōuersiōis sanguinis in diuer
sos humores secunduꝫ diuersas partes

sic prosequitur. Si vero supercoquantur transmutatur quidem vtique quasi omnino quantumquidem vtique eius subtilissimum quidem simul pingue est in flauam quasi dicat Gale. cum sanguis incipit putrefieri statim declinat ad coleram vt dixit secundo de crisi. Et ideo cum primum potens est facere febrem statim apparebunt periodi tertiane propter multas partes subtiles conuersas in coleram. Sed si vlterius procedat inflammatio non solum aliquid sed totum subtile et vnctuosum conuertitur in coleram. immo quod plus est pro tunc fiet dispositio in partibus grossis vt ille sint in via ad conuersionem ad melancoliam. Et ideo dicebat. quantum vero grossius in melancoliam seu in nigram coleram. Et seipsum declarans dicit. non vt certissime iam factam nigram coleram sed in medio termino aliquo constitutum. Deinde vt poneret differentiam inter hanc febrem et illas que ex propria massa colerica generantur declarauit hoc et a qualitate et a modo motus quas essentiales differentias vult ex primo de differentijs febrium ex sententia Hippo. sic inquiens Simpliciores non sunt que in sanguinis transmutatione alijs et mitis caloris. Et hac ratione qualitatis in transmutatione sanguinis dixit non in sanguine. Postea prosequitur ratione modi motus. Si enim quam maxime mult' apparuerit secundum immissionem manus sed mitis demum omnino est sicut quod est post balnea. quasi dicat talis febris proueniens ex conuersione sanguinis a principio scilicet secundum propriam immissionem manus: quia non magna adhuc est facta conuersio multarum partium vnctuositatis: neque multum est de siccitate: et satis est de vaporoso humido sanguinis iustum est vt calor a principio appareat aliqualiter mordax vere mult' quia statim vapores colerici apparent tanquam velocius eleuati quam sanguineivt supradictum est. Vlterius faciens manifestam comparationem ad alias que ex proprijs humoribus nascuntur dicit. Alias vero que ex vtraque colera proueniunt esse magis anxiatiuas corrosiuas et mordaces: cuius ratio superius assignata est. et ideo inquit. Et tibi quidem maxima sit cognitio humoris operantis febrem. Dico vtique per eam que est secundum equalitatem caloris operantis febrem. Patet itaque manifeste quomodo hec auctoritatas sit cōfirmatiua omnium eorum que sup' dicta sunt. Et ad maiorem declarationem resumo vnum quod paulo ante dictum est quod ista fe. quam san. dicunt magis cognoscatur imo per hoc magis differat ab alijs ratione qualitatis et ratione modi mot'. patet quia non dicit gal. quod hec maxima cognitio humoris operantis hanc fe. est ea que s. est secundum qualitatem caloris. Et superi' dixerat quod secundum immissionem man' appet mult'. Demum vero quasi dicat in fine inuenitur mitis si ista sic taceat patet hoc cōuenire colerice. secundo de crisi. c. iij. vbi docet cognoscere fe. tertianam. ponit hec verba quando ponis manum tuam sup corp' primo obuiat tibi cum ipsa tangis caliditas multe actiuitatis quasi eleuetur vapore. deinde ipsa non mouetur quando debilitetur et vicat eam man' tua et non est differentia nisi secundum magis et min'. Si vero tacet ista vt nunc traducta est. s. non si se prima manui tangenti offert est tamen omnino mitis sicut ea que in balneis prouenit: sic non poneret ibi gal. differentiam a modo mot' sed tamen a qualitate quasi dicat ista que est ex conuersione san. in coleram in hoc differt ab his que ex proprijs humorib' quia ibi est mult' calor mitis. in in alijs vero acr. et cāl dicta est et in oib' locis est vniformiter loquut'. sup est modo tertium Alman. cōplere.

¶ Ad argu. s. l oppositum respondetur et primo ad Ioannitium per quod considerādum est et magis secundum ga. s. nullam quod medic' nunquam debet dimittere iudicium sensus si potest imo quod ita iudicet sicut sensui appet. vnde licet multotiens senserit ex ratione precepit coleram piodicare de tertio l tertium tamen aliter poterit innasci putredo sanguini secundum vniuersas venas et maxime secundum magnitudinem vt. ir.. terapentice habetur vel in locis multum propinquis cordi. Et licet pro tunc sit facta conuersio in coleram vt supra. tamen ex magna abundantia humoris putrefacti et ex propinquitate similiter et magnitudine vasorum. vnde absque impedimento fiet transitus vaporum putridorum ad cor: tunc eger tāta afflictione cōturbabitur: vt neque medicus neque eger percipiat dictam alicuius periodi: sed iudicabit illam vniformem aut ascendendo; aut descendendo; aut

vniformiter. Tales igitur ods ſinoche ex putredine appellantur: ⁊ ſub alio vocabulo adurẽtes febres. vt. ſ. de criſi. c. vj. declarat Gal. Hec nõc non ſolũ ex putrefacto ſanguine ſed ex colera ⁊ maxime citrina generantur vt ibidem docet Gale. quo ſtante ptꝫ ſolutio ad eius argumenta ⁊ dicta; quare ⁊c. Simili mõ dicitur ad alia.

¶ Jndẽ dicitur ad auenzoar. dictũ eſt eſſe ſupꝛa non tante moꝛdacitatis eſſe febrẽ colericã ex ſanguine: maxime illam que fit in pꝛincipio ſicut illa que eſt ex colera

¶ Ad Raſim non eſſet extraneũ dicere eum in hoc fuiſſe diuerſum a gale. tñ credo ꝙ adhuc eſſet via conciliãdi vtrũqꝫ. ꝙ facere iuſtum eſt ob reuerentiam quã habuit Raſis aduerſus Gal. ſicut in toto ſuo continẽte oñditur. Si igitur conſiderentur febꝛes ille ratione qualitatis quia moꝛdacioꝛ eſt illa que ex colera ꝙ̃ caliditas illius que eſt ex ſanguine conuerſo immo iſti⁹ caloꝛ apparet mitis. hic eſt ꝙ Raſis ſm̃ iſtam conſiderationẽ voluit illam numerare de per ſe: tñ ſi fuiſſet queſitum ab illo: differunt ne ſpecie: pꝛo certo dixiſſet ꝙ nõ qꝛ bene ſciebat ꝙ magis ⁊ minus non variant ſpeciẽ ſicut dixit Gal. in pꝛincipio libꝛi de differentijs febꝛium. nam cum ibi dictum ſit et rõne qualitatis differre: ſeipſum declarauit dicens per eã que eſt ex magis ⁊ minus Et dicitur ꝙ ibi Gal. per magis ⁊ min⁹ intelligit iſtas differentias: vꝫ mitẽ mire moꝛdacem ⁊ medio modo ſe habentem. Jſta nãqꝫ faciunt eſſentialem: vt medic⁹ loquitur ſed de hoc aſſignare hic rationem non eſt opus. Dico ergo ꝙ illud mẽbꝛum vꝫ moꝛdax: ſuſcipit poſtea magis ⁊ minus: vnde non ſequitur variatio ſpecifica. Sed in hoc non pꝛolongetur amplius ſermo.

¶ Ad auer. dicitur ꝙ fuit alterius opinionis licet Cõciliatoꝛ aliter ſentiat: in hoc tamen conuenit cum Galeno ꝙ cum ſanguis ſupercaleſit declinat ad coleram vt ptꝫ. 4. colliget: ſꝫ loquitur de ſanguine extra venas; vnde generatur apoſtema cum galen⁹ voluerit illud vtiliter: tamen contra arguitur vt ſupꝛa.

¶ Ad rationes Aui. ad pꝛimã dr̃ ꝙ ꝓpoſitio illa eſt intelligenda ad modũ ſuperius declaratum.

¶ Ad argumentum dicendum eſt ꝙ mi notandum eſt de ipſo cum ipſemet ſoluat 2. de differẽtijs febꝛiũ allegato. capi. vbi inquit. Jta vero intelligere opoꝛtet in ꝓ ſententiarũ melancolicum humoꝛem vt nõ certiſſime iam effectum nigram coleram ſed medio modo conſtitutum. nã ſi multum pꝛolongabitur cadet homo ille in melancolicum.

¶ Ad ſecundum patet reſponſio ex iam dictis: cur ex ſanguinea nõ poſſit ſanguinea febꝛis generari. ſimiliter patet quo modo hoc eſt dum ipſe ſanguis putreſcit qꝛ tunc aduruntur partes vnctuoſe vt ſupꝛa.

¶ Ad Aliud dicitur ꝙ ſi verum ſit ꝙ ex putrida materia poſſit non putridũ generari: tamen ⁊ pꝛeternaturale putridũ generabit per ſe putridum ⁊ pꝛeternaturale: cui⁹ rõ hec eſt. Nã ſi ex putrida materia generantur apes ex cauſa: iſtud ꝓuenit ratione alicuius naturaliter agentis: vtputa celeſtis artificis ſicut. xij. metha. dixit Auer. Licet alia in hoc efficacioꝛ poſſit adduci ratio: ſed philoſophi eã requirant. Et cũ in noſtro pꝛopoſito illa tranſmutatio ſanguinis in coleram fiat ab agente pꝛeternaturaliter in putrida materia non tamen extraneum videri debet ſi per ſe ſemper putridum generetur ſi pꝛocedat putrefactio. ⁊ ſi per viã accidentis aliter accidere poſſet: hoc ꝓpoſitum non deſtruit quia aliud genus feb. nunq̃ generetur: niſi vt dictũ eſt. Ex dictis etiam patet reſponſio ad argu. cõtra intellectum ſecundum quia vt ſupꝛa dictum eſt cum putrefactio in tantum venerit vt ſubtile conuerſum ſit in coleram tunc putrefactio colere fundabitur in colera vnde pꝛouenit febꝛis ⁊ putrefactio ſanguinis erit reſiduum ſanguinis vnde eleuantur vapoꝛes facientes leues illos qui ex colera vt dictum eſt. Ad ſecundũ dicitur ꝙ potius eſt contra ipſum ꝙ̃ cõtra gal. vt bene Conciliatoꝛ deducit differentia pꝛeallegata: ⁊ ideo nõ aliter reſpõdeſ Ad tertiũ patuit ſupꝛa ratione diuerſitatis

¶ Ad Pluſq̃ cõmentatoꝛẽ ptꝫ iaꝫ reſpõ


fio. et licet in quesito conueniat quod ex san
guine non detur febris sanguinea acci
piendo sanguinem distinctum contra a
lios humores tanquam quartus humor: li
aliter considerando haberet fort asse di
cere omnem febrem putridam esse sangui
neam colericam etiam vt sanguinis co
lerici et de aliis. tamen quia ipse ex aliis
fundamentis procedit: ideo gradatim re
spondetur ad sua argumenta.
¶ Ad primum patet responsio ex aliis que
in secundo principali dicta sunt: vz quē
cunque alium humorem posse ampliari la
titudine extraneari ipso sanguine: et idō
alios humores posse causare proprias fe
bres et nō sanguinem: non tamē propter
hoc negatur quin alias ex magna adu
stione possit vna febris in aliā commuta
ri: quia ratio Gal. est efficax. et consequen
tia quam facit Trusianus est falsa. Ad
secundum dicitur quod ratio periodicandi
fuit vna merito cuius venit postea in exa
ctam cognitionem. Et licet redditus pa
roxysmorum fiat ex reiterato cursu hu
moris tamen redditus paroxysmorum in
tali tempore vt de tertio in tertium: est ex
alia causa vt supra tangebatur. Nā sta
tim potest quidem querere quare reitera
tus humor mouetur in tot diebus. quo
modo hec est multum desiderata: sed de
hac adhuc sub iudice lis est. Ad vltimū
negatur consequentia sicut fuit dictum
supra in solutione argumentorum Aui.
¶ Ad Gentilem patz per vniuersum cor
pus. q. immo gale. in hoc quesito nunquam
fuit ambiguus nec in alio immo maxi
me se declarat in prin. ix. tera. semper enī
concessit feb. ex sanguine sine putredine
sed de hac non erat mota questio verum
de putrescente sanguine. Et si aliter di
cat putridam febrē ex sanguine: superius
patet quomodo intelligi habeat.
¶ Ad Jo. arculanum dicitur distinguē
do illam propositionem. nam vnus sen
sus potest esse talis. sanguis dum putre
fit ē colera ita quod nihil sanguinis fit. Et
isto modo negatur quia falsa est vt pro
bat argumentum. Alius potest esse sen
sus. Dum putrefit subtile eius fit colera
alique istarum partium facte sunt cole
ra. residuo remanente sub forma sangui
nis: licet etiam non in suo decore. Et isto
modo cōceditur illa propositio et potest
concedi consequentia: quod putrefit quan
do non est colera. nam quādo incipit pu
trefieri incipit declinare ad coleram: ta
men nunquam putrefactio illa sufficiens est
facere febrem nisi quousque aliquid subti
lis et vnctuosi sanguinis in coleram ve
nerit: quia tunc poterit esse causa febris.
Melius tamen esset absolute negare il
lam secundum sensum quem facit. Et sic
est finis huius auree questionis.

¶ Impressum Lugduni. Per Simonem
beuilaqua. Expensis honesti viri Vinceā
tii de Portonariis. Anno Dñi mille
simo quingentesimo sexto. Die vero.
xxix. mensis Octobris.

Tabula.

Marci gat. Cure pticularium egritudinum.

Blasij astarij Cure Febrium.



F I N I S

℞ Ani macinati
perlar
coralor. an ʒi
Ambre
Rombarb
Spice nardi
Macis
Cubbeb
ligni aloes
piperis
Croci
Terre sigil
Tyriace
S. Lamce an ʒij
M cum s. q. ros. [illegible]
fiat [illegible] sumat [illegible]

℞ Barbarbari ʒi
Spice ʒv
Dia dragant
Succi citoniorum an ʒij
Tinlebris
Ermodatilor
S. citoniorum an ʒs
Tamar. [illegible] ʒvj
Dia gridij ʒj
Manne [illegible]
Mellis ros. an ʒs
Zuccari fini ʒvj
M et fiat elect. [illegible]
sumat dosi ʒs

